LE LIVRE DE L'ECCLÉSIASTIQUE.

PROLOGUE.

On peut voir dans la Loi, dans les Prophètes, et dans ceux qui les ont suivis, beaucoup de choses très-grandes et très-sages qui rendent Israël digne de louange pour sa doctrine et pour sa sagesse, puisque non-seulement les auteurs de ces discours ont dû être très-éclairés, mais que les étrangers mêmes peuvent devenir, par leur moyen, très-habiles à parler et à écrire.

C'est en cette manière que Jésus, mon aïeul, après s'être appliqué avec grand soin à la lecture de la Loi et des Prophètes, et des autres livres que nos pères nous ont laissés, a voulu lui-même écrire de ce qui regarde la doctrine et la sagesse, afin que ceux qui désirent apprendre s'étant instruits par ce livre, s'appliquent de plus en plus à la considération de leurs devoirs, et s'affermissent dans une vie conforme à la loi de Dieu.

Je vous exhorte donc, vous qui voudrez lire ce livre, à y apporter une disposition favorable et une attention particulière, et à nous pardonner s'il semble qu'en quelques endroits, voulant rendre toute la beauté et toute la force de l'original, nous ne pouvons trouver des paroles qui en expriment tout le sens : car les mots hébreux n'ont plus la même force lorsqu'ils sont traduits en une langue étrangère; ce qui n'arrive pas seu-

Multorum nobis, et magnorum, per legem et prophetas, aliosque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est; in quibus oportet laudare Israel doctrinæ et sapientiæ causa; quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse et dicentes et scribentes doctissimos fieri. Avus meus Jesus, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, et prophetarum, et aliorum librorum qui nobis à parentibus nostris traditi sunt; voluit et ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam et sapientiam pertinent; ut desiderantes discere, et illorum periti facti, magis magisque attendant animo, et confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, et attentiori studio lectionem facere, et veniam habere in illis in quibus videmur, sequentes imaginem sapientiæ, deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraica quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solum hæc, sed et ipsa lex, et prophetæ, cæteraque

Prologus. — *Avus meus Jesus*. Le traducteur attribue l'ouvrage qu'il traduit à Jésus, fils de Sirach, son grand-père, et il suppose que les livres sacrés des Hébreux étaient alors entre les mains des étrangers qui pouvaient en faire leur profit. La traduction des Septante avait donc été faite avant la sienne, et c'est sans doute l'exemple de ces traducteurs qui l'a engagé à mettre lui-même en grec le livre que son grand-père avait écrit en hébreu. — *Deficiunt verba hebraica*. La traduction la mieux faite fait beaucoup perdre à l'original, surtout quand il s'agit d'un poëme. Le traducteur de l'*Ecclésiastique* s'excuse de n'avoir pu faire passer dans le grec toute la force de l'hébreu, et il ne paraît pas avoir eu pour les Septante l'admiration qu'ont eue ceux qui les ont crus inspirés. — *Nam in octavo et trigesimo anno*. Nous croyons que le traducteur veut parler de la 38e année de son âge et non de la 38e année de Ptolémée-Evergète. Car il nous semble plus probable qu'il a voulu désigner Evergète Ier, et ce prince n'a régné que 25 ans.

Multorum nobis, et magnorum. Clare ex græco sic vertas : *Cum multa magnaque nobis per legem et prophetas, aliosque qui post eos secuti sunt, tradita sint, ob quæ merito laudes Israelitas nomine eruditionis et sapientiæ, et unde non solum ipsi lectores possint docti evadere, sed, si sint studiosi, etiam exteris tam dicendo quam scribendo utiles esse queant; avus meus Jesus, cum se multum dedisset lectioni legis et prophetarum, etc., voluit et ipse aliquid horum scribere, etc.* — * *Qui secuti sunt illos*. Doctores et peritos legis. — *Loquentes*. In græco est, ἀναγινώσκοντας, *legentes;* sed sensus potest esse idem, quasi dicat : non tantum ex Hebræorum libris proficiunt loquentes scilicet hebraice, et hæc legere valentes, sed alii etiam ab his accipientes. — *Necesse est esse peritos*. Γίνεσθαι fieri peritos. — *Ut desiderantes discere*. Claro sic Vatabl. : *Unde studiosi, et qui se his dedissent, multo majorem ad legitime vivendum profectum facerent*. — *Veniam habere*. Veniam dare, συγγνώμην ἔχειν. *In quibus videmur, sequentes imaginem*. Græca clare. *Ignoscite nobis, sicubi videamur, dum in interpretatione elaboravimus, quarumdam dictionum vim non esse assecuti*. Sequi imaginem sapientiæ est conari exprimere eam sapientiam quæ clarius elucet in autographo. — *Nam deficiunt*. Græce οὐ γὰρ ἰσοδυναμεῖ, non idem valent, non eamdem vim habent. — *Inter se dicuntur*. In propria lingua, quasi dicat : Autographa hebraica multum differunt a græcis, ve latinis in quæ convertuntur. — *In octavo et trigesimo anno*. Vel loquitur de anno ætatis suæ vel de anno trigesimo octavo post scriptum hoc volumen Ecclesiastici, vel a libertate Judæis data per Ptolemæum Philadelphum. Vide Josephum 12. Antiq., cap. 2. — *Evergetis*. Quæ vox liberalem et beneficum significat. — *Inveni... libros*. Græce est, ἀφόμοιον, id est, exemplar, alii legunt ἐφόδιον, viaticum; alii ἀφορμὴν, id est, occasionem. — *Addere diligentiam*. Afferre, adhibere diligentiam. *Multa vigilia attuli doctrinam*. Multam vigiliam et studium adhibui. — *In spatio temporis*. Quo in Ægypto fui. — *Ad illa quæ ad finem ducunt*. Ut hæc precepta et documenta ederem.

aliorum librorum, non parvam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octavo et trigesimo anno temporibus Ptolemæi Evergetis regis, postquam perveni in Ægyptum, et cum multum temporis ibi fuissem, inveni ibi libros relictos non parvæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum et necessarium putavi et ipse aliquam addere diligentiam et laborem interpretandi librum istum; et multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis, ad illa quæ ad finem ducunt, librum istum dare, et illis qui volunt animum intendere, et discere quemadmodum oporteat instituere mores qui secundum legem Domini proposuerint vitam agere.

lement en ce livre-ci; mais la Loi même, les Prophètes et les autres livres sont fort différents dans leur version de ce qu'ils sont dans leur propre langue. Etant donc venu en Egypte en la trente-huitième année, sous le règne de Ptolémée-Evergète, et y ayant demeuré longtemps, j'y ai trouvé ce livre qui y avait été laissé, et qui contenait une excellente doctrine : c'est pourquoi j'ai cru qu'il était utile et même nécessaire de travailler avec soin à le traduire. Ainsi, m'étant appliqué à cette traduction pendant quelque temps avec beaucoup de veilles et de soin, je l'ai achevée enfin, et j'ai mis ce livre en état d'être publié pour servir à ceux qui voudront penser à eux-mêmes, et apprendre de quelle manière ils doivent se conduire dans la résolution qu'ils auront formée de régler leur vie selon la loi du Seigneur.

CHAPITRE PREMIER.

Origine de la sagesse. Eloge de la crainte du Seigneur.

1. Omnis *a* sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum. [a *III. Reg.* 3. 9. et 4. 29.]

2. Arenam maris, et pluviæ guttas, et dies sæculi quis dinumeravit? Altitudinem cœli, et latitudinem terræ, et profundum abyssi quis dimensus est?

3. Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigavit?

4. Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo.

5. Fons sapientiæ verbum Dei in ex-

1. Toute sagesse vient de Dieu, le souverain Seigneur, elle a toujours été avec lui, et elle y est avant tous les siècles.

2. Qui a compté le sable de la mer, les gouttes de la pluie et les jours de la durée du monde? qui a mesuré la hauteur du ciel, l'étendue de la terre et la profondeur de l'abîme?

3. Qui a pénétré la sagesse de Dieu, laquelle précède toutes choses.

4. La sagesse a été créée avant tout, et la lumière de l'intelligence est dès le commencement.

5. Le Verbe de Dieu, au plus haut des cieux,

Cap. I. — 1. *Omnis sapientia a Domino Deo est*. Ici, comme aux livres des *Proverbes* et de la *Sagesse*, l'auteur considère la sagesse comme éternellement issue de Dieu qui en est le Père. Elle est avant tous les siècles, elle est le Verbe de Dieu dont personne n'a jamais pu pénétrer les infinies profondeurs. Ce Verbe est la source de toute sagesse humaine, ses commandements sont notre loi que Dieu a gravée au fond de nos consciences, et qu'il a promulguée dans ses différentes révélations. C'est à ces révélations que nous devons toutes les connaissances que nous possédons sur Dieu et sur nous-mêmes. L'unité de doctrine des *Proverbes*, de l'*Ecclésiaste*, de la *Sagesse* et de l'*Ecclésiastique* est frappante; on conçoit que l'on ait souvent désigné ces livres sous le même nom et qu'on les ait tous attribués au même auteur. Ainsi, parmi les anciens, ils sont souvent appelés indistinctement les *livres de Salomon*, et dans sa liturgie, l'Eglise les comprend indistinctement sous le nom de *livres sapientiaux*. Tout ce qu'ils renferment peut être, en effet, considéré comme les oracles de la Sagesse éternelle du Verbe, qui éclaire tout homme venant en ce monde.

Cap. I. — 1. *Omnis sapientia*. Intelligi hæc debent de sapientia, ut abstrahit ab increata et creata. Itaque dicuntur aliqua quæ magis increatæ, aliqua vero quæ creatæ potius conveniunt. — *Ante ævum*. Ante sæculum, quasi dicat : Sapientia est ante omne tempus, et, ut loquitur S. Paulus ad Tit., 1, 2, *ante tempora sæcularia*.

3. *Investigavit*. Græce, *investigabit*. His sententiis alludit ad Isa., 40, 12 : *Qui mensus est pugillo aquas*, etc.? et Job., 38, 4 : *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ*, etc.

4. *Prior omnium creata est sapientia*. Dicit sapientiam creatam, id est, possessam a Deo, id est, apud Deum in rerum natura extitisse et substitisse. Siracides enim sequitur Septuaginta, qui Prov. 8, 22, pro *Dominus possedit me*, ut habent hebræa et noster, vertunt ἔκτισε, id est, *creavit*, quasi idem sit creavit quod possedit. Sapientia vero creata prior omnium creata est, quia ab initio sæculi et temporis eam cum angelis condidit. Vel creata est *prior* et *ab ævo*, quia creari decreta est ab æterno. Sapientia etiam increata quæ secundum humanitatem creata est in tempore, ab æterno genita est secundum divinitatem. -- *Intellectus prudentiæ*. Prudens intelligentia. Intellectus prudentiæ idem est cum sapientia; sed Siracides rem eamdem variis effert dicendi formulis. -- *Ab ævo*. Ab omni æternitate, vel ab omni tempore imaginario, fuit enim ab æterno sapientia increata in Deo formaliter, creata vero eminenter, objective, exemplariter et efficienter, sive ut in causa exemplari et efficiente.

5. *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis*. Quasi dicat : verbum Dei excelsi, in cœlis excelsis habitans, est fons sapientiæ. -- *In excelsis*. Vel est epithetum Dei, vel sapientiæ, quæ terrena non est, sed cœlestis. -- *Ingressus illius*. Græce, πορεῖαι αὐτῆς gressus, viæ, semitæ. Sensus est : viæ et rationes juxta quas sapientia in gubernandis creaturis procedit, sunt fixæ et perpetuæ instar mandatorum æternorum. Vel sensus est : via ad sapientiam sunt mandata æternum duratura; quare totam hanc sententiam aliqui sic vertunt : *Fons sapientiæ sermo Dei celsissimus est; et aditus sempiterna ejus præcepta*.

est la source de la sagesse. Ses voies sont les commandements éternels.

6. A qui la racine de la sagesse a-t-elle été découverte, et qui a pénétré ses artifices ?

7. A qui la conduite de la sagesse a-t-elle été révélée et montrée à nu? et qui a compris la multiplicité de ses démarches?

8. Il n'y a que le Très-Haut, le Créateur qui peut tout, le Roi puissant et infiniment redoutable qui est assis sur son trône, le Dieu souverain dominateur.

9. C'est lui qui l'a créée (dans le Saint-Esprit), qui l'a vue, qui l'a nombrée et qui l'a mesurée.

10. Il l'a répandue sur tous ses ouvrages et sur toute chair, selon le partage qu'il en a fait, il l'a donnée à ceux qui l'aiment.

11. Or la crainte du Seigneur, est la gloire et un sujet de se glorifier; c'est une source de joie et une couronne d'allégresse.

12. La crainte du Seigneur réjouira le cœur *du juste ;* elle *lui* donnera la joie, l'allégresse et la longue vie.

13. Celui qui craint le Seigneur se trouvera heureux à la fin de sa vie, et il sera béni au jour de sa mort.

14. (L'amour de Dieu est la sagesse vraiment digne d'être honorée.

15. Ceux à qui elle se découvre l'aiment aussitôt qu'ils l'ont vue et qu'ils ont connu la magnificence de ses ouvrages.)

16. La crainte du Seigneur est le principe de la sagesse : elle est créée avec les hommes fidèles dès le sein de leur mère ; elle accompagne les femmes choisies, et elle se fait remarquer dans les justes et dans les infidèles.

celsis, et ingressus illius mandata æterna.

6. Radix sapientiæ cui revelata est, et astutias illius quis agnovit?

7. Disciplina sapientiæ cui revelata est, et manifestata? et multiplicationem ingressus illius quis intellexit?

8. Unus est altissimus Creator Omnipotens, et Rex potens, et metuendus nimis, sedens super thronum illius et dominans Deus.

9. Ipse creavit illam in Spiritu Sancto, et vidit, et dinumeravit, et mensus est.

10. Et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum, et præbuit illam diligentibus se.

11. Timor Domini gloria, et gloriatio, et lætitia, et corona exultationis.

12. Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiam, et gaudium, et longitudinem dierum.

13. Timenti Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur.

14. Dilectio Dei honorabilis sapientia.

15. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, et in agnitione magnalium suorum.

16. *a* Initium sapientiæ, timor Domini, et cum fidelibus in vulva concreatus est cum electis feminis graditur et cum justis et fidelibus agnoscitur. [a *Ps.* 110. 10. *Prov.* 1. 7. et 9. 10.]

14. *Dilectio Dei.* Ce qui est enfermé entre deux crochets ici et dans toute la suite, est ce qui ne se trouve pas dans le Grec de l'édition romaine.

15. *Quibus autem apparuerit.* Allusion à la vision de Salomon, qui vit en songe la Sagesse, et qui dut l'éclat de son règne à la faveur dont elle l'a honoré (III. Reg., 5 et suiv.).

---

6. *Radix sapientiæ.* Syrus vertit, *radices;* arabicus, *fundamenta.* -- *Cui revelata est.* Quasi dicat : Nemo sapientiæ originem, rationes et modos cognoscit, quia radix sapientiæ est Deus, quem nemo perfecte intelligit. -- *Astutias.* In bonum capit Siracides, ut etiam LXX in Proverbiis.

7. *Disciplina sapientiæ.* Idem dicit aliis verbis quod dixit versu præcedenti. Disciplina sapientiæ est ipsa ordinata sapientiæ methodus, dispositio et ratio, qua cuncta sapienter constituit. Multiplicatio ingressus, multiplicitas est viarum et modorum ejus.

8. *Super thronum illius.* Id est, super thronum suum. Græce αὐτοῦ, masculini, non αὐτῆς, feminini.

9. *Ipse creavit illam in Spiritu sancto.* Videntur hæc dici de sapientia creata, quam cum creaturis, angelis, v. g., creavit Spiritus sancto, hoc est, cum Spiritu sancto, et etiam ex amore, qui tribuitur Spiritui sancto, non autem propter commodum suum, cum ipse nulla re opus habeat. Si locum hunc accipias de sapientia increata, *in Spiritu sancto,* intellige, *cum Spiritu sancto*, quem una cum Filio produxit; procedit enim a Patre et Filio.

10. *Et effudit illam super omnia opera sua.* Quæ in illis elucet. -- *Secundum datum suum.* Prout scilicet cuique eam dare et communicare voluerit. * In græco est, κατὰ τὴν δόσιν αὐτοῦ, Medici δόσιν vocant, quantum cuique sumere opus est.

11. *Timor Domini gloria, et gloriatio, et lætitia, et corona exultationis.* Sensus est : timor Domini conciliat et affert gloriam, lætitiam, etc.

12. *Timor Domini delectabit cor.* Testimonio præsertim bonæ conscientiæ. — *Et longitudinem dierum.* Syrus, *vitam æternam* vertit; potest etiam intelligi de diuturnitate hujus vitæ quam timentibus se largitur Dominus.

13. *Timenti Dominum bene erit in extremis.* Syrus : *Qui timet Deum, bonus fiet finis ejus.* In extremis ergo intellige in morte, judicio divino et æterna gloria. — *Defunctionis.* Mortis. — *Benedicetur.* A Deo et ab hominibus. Sane Christus dicet : *Venite, benedicti*, etc.

14. *Dilectio Dei honorabilis sapientia.* Tigurina, *amor Dei præclara est sapientia*, ut alii vertunt.

15. *Quibus... apparuerit in visu.* Quibus se videndam præbuerit et cognoscendam. — *Diligunt eam in visione.* Per solam hanc visionem amore illius capiuntur. — *In agnitione magnalium suorum.* Magnificorum scilicet operum ejus.

16. *Initium sapientiæ, timor Domini.* Eadem sententia habetur Psal. 110, 10; et Prov., 1,

17. Timor Domini, scientiæ religiositas.

18. Religiositas custodiet et justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit.

19. Timenti Dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur.

20. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, et plenitudo à fructibus illius.

21. Omnem domum illius implebit a generationibus, et receptacula a thesauris illius.

22. Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, et salutis fructum.

23. Et vidit, et dinumeravit eam; utraque autem sunt dona Dei.

24. Scientiam, et intellectum prudentiæ sapientia compartietur; et gloriam tenentium se, exaltat.

25. Radix sapientiæ est timere Dominum, et rami illius longævi.

26. In thesauris sapientiæ intellectus, et scientiæ religiositas; execratio autem peccatoribus sapientia.

17. (La crainte du Seigneur est la sanctification de la science.

18. Cette sanctification garde le cœur *de l'homme ;* elle le rend juste et elle le remplit de satisfaction et de joie.

19. Celui qui craint le Seigneur sera heureux, et il sera béni au jour de sa mort.)

20. La crainte de Dieu est la plénitude de la sagesse, et elle rassasie ceux qu'elle possède, de l'abondance de ses fruits.

21. Elle comble toute leur maison des biens qu'elle produit, et leurs celliers de ses trésors.

22. La crainte du Seigneur est la couronne de la sagesse ; elle donne la plénitude de la paix, et les fruits du salut.

23. Elle connaît la sagesse et le nombre de ses merveilles, et l'une et l'autre est un don de Dieu.

24. La sagesse répand la science et la lumière de la prudence, elle élève en gloire ceux qui lui demeurent attachés.

25. La crainte du Seigneur est la racine de la sagesse, et ses branches sont d'une longue durée.

26. (L'intelligence et la science religieuse se trouvent dans les trésors de la sagesse : mais la sagesse est en exécration aux pécheurs.)

7, ubi *initium* in hebræo est ראשית *reschith*, et græce ἀρχὴ, quæ voces et principium et principatum significant, et sensus esse potest : timor Domini initium est et primitiæ sapientiæ. Vel timor Dei, atque religio, etc., in virtutibus moralibus principatum tenet. Vel timor Dei primus sapientiæ effectus est. — *Cum fidelibus in vulva concreatus est.* Quasi dicat : Plerique fideles etiam in utero accipiunt a Deo donum quoddam, quo ad pietatem proclives sunt. Sic de se dicebat Job., c. 31, n. 18 : *Ab infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris egressa est mecum.* Vel sensus est timor Dei ita adhæret fidelibus, ac si in utero matris illis esset concreatus. — *Cum electis feminis.* Et cum eximiis feminis fidelibus graditur, ut etiam cum viris, utrosque comitans et deducens per viam mandatorum Dei. Aliqui legunt *seminis*, cum in græco sit, σπέρματος; et favet syrus qui habet : *Cum semine eorum constituta est misericordia ejus :* et arabicus qui vertit : *Cum semine bonorum excellentia illius.* — *Et cum justis et fidelibus agnoscitur.* Vatablus, *apud justos et fideles visitur.*

17. *Timor Domini, scientiæ religiositas.* Timor Domini est *scientia*, id est, sciens, prudens, et vera religio et pietas, sive pius Dei cultus.

18. *Religiositas custodiet et justificabit cor.* Alii vertunt : *Sanctitas autem cor incolume, justumque reddet, et eidem jucunditatem afferet et gaudium.* Sunt hæc similia iis quæ dixerat n. 11 et 12.

19. *Timenti Dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur.* Repetit et inculcat, verbis parum mutatis, quod dixerat supra, n. 13.

20. *Plenitudo sapientiæ est timere Deum.* Sicut inchoatus amor est inchoata sapientia, ita perfectus amor est consummata et perfecta sapientia ; nihil enim aliud est vere sapere, quam Deum timere et pie colere et revereri. — *Plenitudo a fructibus illius.* Id est, plenitudo fructuum sapientiæ cumulat timentes Deum, vel, ut est in græco, eos *inebriat*, id est, saturat, replet.

21. *Omnem domum illius.* Animam scilicet; nam, ut dicitur Sap. 7, sedes sapientiæ anima justi. Vel etiam sermo est de domo materiali et fructibus temporalibus; nam Deum et regnum ejus quærentibus etiam hæc adjiciuntur, Matth. 6, 33. — *Implebit a generationibus.* Fructibus scilicet qui generantur a sapientia. — *Et receptacula a thesauris illius.* Est repetitio prioris hemistichii, et sensus idem aliis verbis expressus.

22. *Corona sapientiæ, timor Domini.* Timor Domini vocatur corona, quod timentes Deum corona sapientiæ exornet. * Magnum eruditionis ornamentum pietas. — *Replens pacem.* Græce, ἀνάθαλλων, *germinans.* Pax Hebræis, non tantum pacem significat, sed etiam omne bonum complectitur. — *Salutis fructum.* Græce, ὑγίειαν ἰάσεως, *sanitatem incolumitatis.*

23. *Et vidit, et dinumeravit eam.* Dixerat supra neminem dinumerasse aut vidisse sapientiam præter unum Deum; nunc dicit ex Dei beneficio etiam timorem Dei videre et dinumerare sapientiam, hoc est, sapientiæ rationes et opera, saltem ex parte. — *Utraque autem sunt dona Dei.* Timor scilicet et sapientia ; vel pax et salus, de quibus versiculo præcedenti.

24. *Compartietur.* Inter hos auditores et discipulos. Græce, ἐξώμβρησε, in imbris morem immisit, quod magnam copiam significat. Porro scientia quam largitur sapientia fortasse est cognitio credendorum, sicut intellectus prudentiæ, cognitio agendorum. — *Tenentium se.* Possidentium, *et amplectantium se gloria extollit*, ut alii vertunt.

25. *Radix sapientiæ.* Initium sapientiæ. *Rami illius longævi.* Græce, μακροημέρευσις, *longævitas.* Dat enim timor Dei longitudinem dierum, ut supra dixerat, n. 12. Vide ibi dicta.

26. *Intellectus.* Intelligentia. — *Scientiæ religiositas.* Scientia religiosa, sive religio sciens et prudens, non ignorans et errans, qualis superstitio. — *Execratio.* Res execrabiles.

27. La crainte du Seigneur chasse le péché.
28. Car celui qui est sans crainte ne pourra devenir juste, parce que l'émotion de la colère qu'il a dans le cœur est sa ruine.
29. L'homme patient attendra jusqu'au temps destiné *de Dieu*, et après cela la joie lui sera rendue.
30. L'homme de bon sens retiendra en lui-même ses paroles jusqu'à un certain temps, et les lèvres de plusieurs publieront sa prudence.
31. Les règles de la conduite sont enfermées dans les trésors de la sagesse.
32. Mais le pécheur aura en exécration le culte de Dieu.
33. Mon fils, si vous désirez la sagesse avec ardeur, conservez la justice, et Dieu vous la donnera.
34. Car la crainte du Seigneur est la sagesse et la science; et ce qui lui est agréable,
35. C'est la foi et la douceur; (et il comblera les trésors de celui en qui elles se trouvent).
36. Ne soyez point rebelle aux impressions de la crainte de Dieu, et ne vous approchez point de lui avec un cœur double.
37. Ne soyez point hypocrite devant les hommes, et que vos lèvres ne vous soient point un sujet de chute et de scandale.
38. Soyez attentif à vos paroles, de peur que vous ne tombiez et ne déshonoriez votre âme;
39. Et que Dieu découvrant ce qui était caché en vous, ne vous brise au milieu de l'assemblée;
40. Parce que vous vous êtes approché du Seigneur avec une disposition maligne, et que votre cœur est plein de déguisement et de tromperie.

27. Timor Domini expellit peccatum;
28. Nam qui sine timore est, non poterit justificari; iracundia enim animositatis illius, subversio illius est.
29. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio jucunditatis.
30. Bonus sensus usque in tempus abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius.
31. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ
32. Execratio autem peccatori, cultura Dei.
33. Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit illam tibi.
34. Sapientia enim et disciplina timor Domini; et quod beneplacitum est illi,
35. Fides, et mansuetudo; et adimplebit thesauros illius.
36. Ne sis incredibilis timori Domini; et ne accesseris ad illum duplici corde.
37. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris in labiis tuis.
38. Attende in illis, ne forte cadas; et adducas animæ tuæ inhonorationem.
39. Et revelet Deus absconsa tua, et in medio synagogæ elidat te;
40. Quoniam accessisti maligne ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia.

---

27. *Timor Domini expellit peccatum.* Sive quod jam admissum est, sive quod tentat intrare. Præsertim vero timor impatientiæ, murmuris, et iracundiæ, et similium expellit, de quibus pergit versu sequenti.
28. *Qui sine timore est.* Græce, ἀνὴρ θυμώδης, *vir iracundus*, et qui præ iracundia aut verbis aut factis injurius est in alios; hic sane, nisi mores mutet, justificari non poterit, id est, justus non erit. — *Iracundia enim animositatis.* Græce, *nam ruinam ei creat ipsius ad iram proclivitas :* nam ruit in contumelias, maledictiones, blasphemias, etc.
29. *Usque in tempus sustinebit patiens.* Usque dum afflictionis reiquæ adversæ impressio transeat. — *Et postea redditio jucunditatis.* Cum scilicet sese aperiet serenitas, nubibus molestiarum discussis. * Vir lenis ad tempus perferet injurias; sed postea illi gaudium orietur ex patentia.
30. *Bonus sensus.* Vir sensatus et prudens; vir cordatus. — *In tempus.* Opportunum. — *Abscondet verba illius.* Verba sua; sibi imperabit ne loquatur, cum potius tacendum est. — *Et labia multorum.* Et hinc laudem a multis feret, quasi sensatus.
31. *Significatio disciplinæ.* In græco est, *parabola scientiæ.* Parabolæ ab Hebræis vocantur sententiæ graves, abditæ, doctæ, prudentes, quæ vitam et mores instruunt. Has tanquam gemmas habet sapientia in thesauris suis.
32. *Execratio.* Res execrabilis. — *Cultura Dei.* Θεοσέβεια, ut in græco, religio, pietas, Dei cultus.
33. *Conserva justitiam.* Græce, ἐντολάς, præcepta, Dei mandata.
34. *Sapientia enim et disciplina.* Supple, est timor Domini connexa scilicet cum timore Domini, ex quo oritur justitia et mandatorum observatio. — *Quod beneplacitum est illi.* Quod placet Domino.
35. *Fides.* Fidelitas, quæ facit ut fideliter præstemus officia quæ Deo, proximis et nobis debemus. — *Mansuetudo.* Quæ potissimum in passione cernitur, ut scilicet æquo animo feramus adversa. — *Adimplebit thesauros illius.* Qui scilicet habet fidem et mansuetudinem.
36. *Incredibilis.* Μὴ ἀπειθήσῃς, ut est in græco, ne sis rebellis, contumax, inobediens. * In græco, tota hæc sententia sic se habet : μὴ ἀπειθήσῃς φόβῳ Κυρίου, ἐνδεὴς ὤν, *ne timore Dei* (id est, præceptis Dei) *sis inobsequens, si forte egens fueris :* noli egestate abduci ab officio. — *Accesseris ad illum.* Timorem scilicet Domini, et consequenter ad ipsum Dominum. — *Duplici corde.* Non sincere, sed ficte et cum hypocrisi. Vel partim fidens, partim diffidens.
37. *Ne fueris hypocrita.* Virtutem et pietatem quam non habes præ te ferens. — *Scandalizeris in labiis tuis.* Mentiendo, et sanctitatem simulando, offendiculum tibi ipsi objiciens, et ruinam concilians.
38. *Attende in illis.* Quid scilicet loquaris, quid labiis proferas, quid proloquaris. — *Animæ tuæ.* Tibi. — *Inhonorationem.* Probrum, dedecus.
39. *In medio synagogæ.* Magnæ multitudinis. — *Elidat te.* Dejiciat, prosternat te.
40. *Maligne.* Ficte ac dolose.

CHAPITRE II.

Exhortation à la patience. Mieux vaut tomber entre les mains de Dieu qu'en celles des hommes.

1. Fili, *a* accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, et timore, et præpara animam tuam ad tentationem. [a *Matth.* 4. 1. *II. Tim.* 3. 12.]
2. Deprime cor tuum, et sustine; inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus; et ne festines in tempore obductionis.
3. Sustine sustentationes Dei; conjungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua.
4. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe; et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe;
5. *a* Quoniam in igne probatur aurum et argentum, homines vero receptiles in camino humiliationis. [a *Sap.* 3. 6.]
6. Crede Deo, et recuperabit te; et dirige viam tuam, et spera in illum. Serva timorem illius, et in illo veterasce.
7. Metuentes Dominum sustinete misericordiam ejus; et non deflectatis ab illo ne cadatis.
8. Qui timetis Dominum, credite illi; et non evacuabitur merces vestra.

1. Mon fils, lorsque vous entrerez au service de Dieu (demeurez ferme dans la justice et dans la crainte *du Seigneur*, et) préparez votre âme à la tentation.
2. Humiliez votre cœur, et attendez avec patience. (Prêtez l'oreille et recevez les paroles de la sagesse,) et ne vous hâtez point au temps de l'obscurité :
3. (Souffrez les suspensions de Dieu); demeurez uni à Dieu, et ne vous lassez point d'attendre, afin que votre vie soit à la fin plus abondante.
4. Acceptez donc de bon cœur tout ce qui vous arrivera : (demeurez en paix dans votre douleur); et au temps de votre humiliation conservez la patience.
5. Car l'or (et l'argent) s'épurent par le feu : mais les hommes que Dieu veut recevoir au nombre des siens s'éprouvent dans le fourneau de l'humiliation.
6. Ayez confiance en Dieu, il vous tirera de tous ces maux. Rendez votre voie droite, et espérez en lui; (conservez sa crainte et y vieillissez).
7. Vous qui craignez le Seigneur, attendez sa miséricorde, et ne vous détournez point de lui, de peur que vous ne tombiez.
8. Vous qui craignez le Seigneur, croyez en lui; et vous ne perdrez point votre récompense.

CAP. II. — 1. *Ad tentationem.* Il s'agit ici de l'épreuve à laquelle nous sommes soumis lorsque Dieu nous envoie des chagrins ou des souffrances à supporter. Nous devons les accepter avec humilité et nous y résigner avec patience.
3. *Sustine sustentationes.* Supportez les délais que Dieu met à vous délivrer. Car comme le dit saint Paul (I. Cor., X) : *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum ut possitis sustinere.*

CAP. II. — 1. *In justitia.* Observatione mandatorum Dei. — *Præpara animam tuam ad tentationem.* Para te ad tentationem sustinendam et superandam.
2. *Deprime cor tuum.* Humilitas enim animique demissio magnum contra ingruentem tentationem remedium est. In græco est, εὔθυνον, *dirige* cor tuum, ad normam scilicet divinæ legis. — *Et sustine.* Græce, καρτέρησον, *tolera*, flagella scilicet a Deo immissa, et divinæ legis difficultates. *Viriliter age : et confortetur cor tuum, et sustine Dominum*, dicitur Psalm. 26, 14. — *Inclina aurem tuam.* Aliud tentationum remedium affertur, ut scilicet qui tentatur pronis auribus excipiat recta suadentium monita, quæ *verba intellectus* appellat. — *Et ne festines in tempore obductionis.* Quasi dicat : Ne tua impatientia te præcipites, consilium capiendo tempore obductionis, cum scilicet mens perturbata quasi quibusdam nebulis obducta est et velata, ne possit verum cernere. In græco est, ἐπαγωγῆς, *inductionis*, *illationis*, cum scilicet in te fertur aut immittitur tentatio.
3. *Sustine sustentationes Dei.* Expecta expectationes Dei, quibus scilicet expectatur auxilium a Deo; sumitur enim sustentatio pro expectatione, ut ad Rom. 3, 26 : *In sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus.* — *Conjungere Deo.* Græce, κολλήθητι, conglutinare per arctissimum orationis, affectus et adhæsionis constantis vinculum. — *Et sustine.* Græce, μὴ ἀποστῇς, *ne desciscas*, ne recedas, ne tentationis impetu divellaris. — *Ut crescat in novissimo vita tua.* Ut in fine tentationis crescat lætitia tua in præsens et postea æternum gaudium; hæc enim vitæ nomine designantur.
4. *Omne quod tibi applicitum fuerit.* Quidquid acciderit, et a Deo immissum et applicitum tibi fuerit. — *Accipe.* Δέξαι ἀσμένως, *suscipe libenter*, habent græca. — *Et in humilitate tua patientiam habe.* Cum scilicet dejiceris, affligeris, ad humilem statum redigeris. Græce est, ἐν ἀλλάγμασι ταπεινώσεώς σου μακροθύμησον, hoc est, *mutationem humiliationis tuæ longanimiter feras.*
5. *Receptibiles.* Græce, δεκτοί, accepti et grati Deo.
6. *Crede Deo.* Confide. — *Recuperabit te.* Græce, ἀντιλήψεται, suscipiet te, et restituet te in pristinum statum, efficiet ut priorem statum recuperes. * Curam tui geret. — *Veterasce.* Consenesce.
7. *Sustinete misericordiam.* Expectate misericordiam.
8. *Credite.* Confidite. — *Non evacuabitur merces vestra.* Non amittetis mercedem.

9. Vous qui craignez le Seigneur, espérez en lui; et sa miséricorde viendra vous combler de joie.

10. (Vous qui craignez le Seigneur, aimez-le : et vos cœurs seront remplis de lumière.)

11. Considérez, mes enfants, tout ce qu'il y a eu d'hommes parmi les nations; et sachez que jamais personne qui a espéré au Seigneur n'a été confondu.

12. Qui est l'homme qui soit demeuré ferme dans les commandements de Dieu, qui en ait été abandonné? qui est celui qui l'a invoqué, et qui ait été méprisé de lui?

13. Car Dieu est plein de bonté et de miséricorde; il pardonne les péchés; (*il sauve* au jour de l'affliction, et il est le protecteur de tous ceux qui le cherchent dans la vérité).

14. *Mais* malheur au cœur double, aux (lèvres corrompues), aux mains souillées de crimes, et au pécheur qui marche sur la terre par deux voies.

15. Malheur à ceux qui manquent de cœur, qui ne se fient point à Dieu, et que Dieu pour cette raison ne protège point.

16. Malheur à ceux qui ont perdu la patience, (qui ont quitté les voies droites, et qui se sont détournés dans des routes égarées).

17. Et que feront-ils lorsque le Seigneur commencera à examiner toutes choses?

18. Ceux qui craignent le Seigneur ne seront point incrédules à sa parole; et ceux qui l'aiment demeureront fermes dans sa voie.

19. Ceux qui craignent le Seigneur rechercheront ce qui lui est agréable, et ceux qui l'aiment seront remplis de sa loi.

20. Ceux qui craignent le Seigneur prépareront leur cœurs, et sanctifieront leurs âmes en sa présence.

21. (Ceux qui craignent le Seigneur garderont

9. Qui timetis Dominum, sperate in illum; et in oblectationem veniet vobis misericordia.

10. Qui timetis Dominum, diligite illum, et illuminabuntur corda vestra.

11. Respicite filii nationes hominum; et scitote quia nullus speravit in Domino, et confusus est.

12. *a* Quis enim permansit in mandatis ejus, et derelictus est? aut quis invocavit eum, et despexit illum? [a *Ps.* 30. 1.]

13. Quoniam pius et misericors est Deus, et remittet in die tribulationis peccata; et protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

14. Væ duplici corde, et labiis scelestis, et manibus malefacientibus, et *a* peccatori terram ingredienti duabus viis. [a *III. Reg.* 18. 21.]

15. Væ dissolutis corde qui non credunt Deo; et ideo non protegentur ab eo.

16. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, et qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas.

17. Et quid facient, cum inspicere cœperit Dominus?

18. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius; et *a* qui diligunt illum conservabunt viam illius. [a *Joan.* 14. 23.]

19. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei; et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.

20. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas.

21. Qui timent Dominum, custodiunt

13. *Quoniam pius et misericors.* Tous ces sentiments sur la miséricorde de Dieu et sur la confiance que nous devons avoir en lui sont bien souvent répétés dans les Psaumes, et c'était ce qui faisait la consolation et l'espoir de David au milieu de toutes ses adversités.

9. *In oblectationem veniet vobis misericordia.* Misericordia Dei quam sperastis vos oblectabit, cum rem speratam, hoc est, salutem præsentem et æternam largietur.

10. *Illuminabuntur corda vestra.* Lumine non tam cognitionis quam consolationis et gaudii, juxta illud Isa. 58, 10 : *Orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem dabit tibi Dominus semper, et implebit splendoribus animam tuam.*

11. *Nationes hominum.* Græce, ἀρχαίας γενεάς, *antiquas generationes.*

13. *In die tribulationis.* Pœnitentiæ scilicet; cum quis se propterea affligit quod peccaverit. — *In veritate.* Vere et sincere.

14. *Duplici corde.* Fictis, hypocritis, dolosis, pietatem simulantibus cum sint impii. — *Labiis scelestis.* Mendacibus ac impiis. — * *Manibus malefacientibus.* Χερσὶ πεπρεμένοις, manibus remissis, pigris. — *Terram ingredienti duabus viis.* Dixerat de duplicitate cordis et oris; nunc idem notat in operibus. Illi ergo duplici via ingrediuntur, qui se temporibus, locis et personis quibuscum agunt accommodantes, modo pietatem simulant, modo cum impiis gradiuntur. Tales sunt qui cum catholicis catholici personam induunt, cum hæreticis hæretici.

15. *Væ dissolutis corde.* Væ remissis et tepidis, qui molliter et tepide adhærent Deo, nec illi plane confidunt; hos enim Deus permittit mergi, ut Petrum in fluctibus.

16. *Sustinentiam.* Græce, *patientiam.*

17. *Inspicere.* Inquirere, judicare.

18. *Incredibiles.* Incredduli, diffidentes, inobedientes; hoc enim significat verbum græcum ἀπιστήσουσι. — *Viam illius.* Dei legem, virtutem, honestatem.

19. *Replebuntur lege ipsius.* Eam plane inquirent, cognoscent, exequentur.

20. *Præparabunt corda sua.* Component animæ suæ statum, cogitationes, desideria, actiones et mores, ut eos conforment legi ac voluntati Dei. — *Sanctificabunt animas suas.* Græce, *humiliabunt animas suas.* Hæc enim submissio et reverentia est præparatio ad Dei dona excipienda. Eadem est sanctitas animæ et sanctificatio Dei, qua scilicet Deus summa reverentia sanctificatur et colitur.

21. *Usque ad inspectionem.* Visitationem illius, donec scilicet ipse benigno vultu nos respiciat, et a malis liberet; vel usque ad inspectionem, id est, usque ad judicium.

mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius.

22. Dicentes : Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum.

23. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso est.

ses commandements, et ils auront patience jusqu'à ce qu'il jette les yeux sur eux,

22. En disant : Si nous ne faisons pénitence,) c'est dans les mains du Seigneur que nous tomberons, et non dans les mains des hommes;

23. Car autant que sa majesté *divine* est élevée, autant est grande sa miséricorde.

CHAPITRE III.

Des devoirs des enfants envers leurs parents. Douceur et humilité.

1. Filii sapientiæ, ecclesia justorum; et natio illorum, obedientia et dilectio.

1. (Les enfants de la sagesse forment l'assemblée des justes, et le peuple qu'ils composent n'est qu'obéissance et amour.)

2. Judicium patris audite, filii, et sic facite ut salvi sitis.

2. Ecoutez, enfants, les avis de votre père, et suivez-les de telle sorte que vous soyez sauvés.

3. Deus enim honoravit patrem in filiis; et judicium matris exquirens, firmavit in filios.

3. Car Dieu a rendu le père vénérable aux enfants, et il a affermi sur eux l'autorité de la mère.

4. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione dierum exaudietur.

4. Celui qui aime Dieu lui offrira d'instantes prières pour ses péchés; (il s'empêchera d'y retomber, et il sera exaucé après avoir prié durant plusieurs jours).

5. Sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam.

5. Celui qui honore sa mère est comme un homme qui amasse un trésor.

6. Qui honorat patrem suum, jucundabitur in filiis.

6. Celui qui honore son père trouvera sa joie

22. *Dicentes : Si pœnitentiam non egerimus.* La Vulgate porte : Ceux qui craignent le Seigneur auront patience en disant : Si nous ne faisons pénitence, c'est dans les mains du Seigneur que nous tomberons et non dans les mains des hommes. C'est une chose horrible! Mais leur patience sera soutenue par l'espérance en sa miséricorde; car autant la majesté de Dieu est élevée, autant est grande sa miséricorde. Le Grec réunissant le verset 20 au verset 22 porte : Ceux qui craignent le Seigneur... humilieront leurs âmes en sa présence en disant : Nous tomberons volontiers entre les mains du Seigneur, plutôt qu'entre les mains des hommes, car autant sa Majesté est élevée, autant est grande sa miséricorde. C'est ce que répondit David au prophète Gad : *Mitius est ut incidam in manus Domini (quæ enim misericordiæ ejus sunt) quam in manus hominum* (II. Reg., XXIV, 14). Le sens du Grec est vrai par rapport aux châtiments que Dieu exerce dans le temps; mais le sens de la Vulgate est vrai par rapport aux vengeances de Dieu dans l'éternité. Car, comme l'a dit saint Paul : *Horrendum est incidere in manus Dei viventis* (Hebr., X, 31).

CAP. III. — 2. *Judicium patris audite, filii.* Du verset 2 au verset 19, l'auteur commente le précepte du Décalogue, qui fait un devoir aux enfants d'honorer leurs parents, et qui leur promet une récompense dès ce monde : *Honora patrem et matrem et diu vives super terram*, et comme dit saint Paul : *Ut bene sit tibi et sis longævus super terram* (Ephes., VI, 3).

22. *In manus Domini, et non in manus hominum.* In Dei ultrices manus, quæ, ut potentiores sunt, ita acrius puniunt, præsertim post hanc vitam.

23. *Secundum enim magnitudinem ipsius.* Sententia est : justi et pii, ut supra dictum est, patientiam habebunt, properabunt et sanctificabunt corda sua, in eo spes omnes suas defigent, non nescii misericordiam magnitudini illius parem, ac propterea infinitam esse.

CAP. III. — 1. *Filii sapientiæ.* Sapientes qui sapientiæ student, qui sapientiæ dogmata avide hauriunt, imbibunt, amant et exequuntur. Hi sunt Ecclesia, id est, cœtus et congregatio justorum; quasi dicat : Vere sapientes sunt justi. — *Et natio illorum, obedientia et dilectio.* Genus, prosapia et indoles eorum est obedientia et dilectio; quasi dicat : Tales plane addicti sunt, totique vacant et student obedientiæ et dilectioni, ut ex ea proseminati esse videantur. * Vel sensus est : et fructus eorum obedientia, etc. Vide Sap. 1, 14.

2. *Judicium patris.* Sententiam, præceptum, præscriptum. — *Ut salvi sitis.* Ut præsentem et æternam salutem consequi possitis. Alludit ad illud Deut. 5, 16 : *Ut longo vivas tempore, et bene sit tibi.*

3. *Deus enim honoravit patrem in filiis.* Quasi dicat : Ideo obediendum parenti, quia Deus suum honorem, jus et imperium in parentes transcripsit, jubens filios ut parentes; quasi Dei vicarios colant. — *Et judicium matris exquirens, firmavit in filios.* Confirmavit matris jus, auctoritatem, præceptum apud filios, illudque exquirit, hoc est, severe exigit, servarique vult, et contumaces punit.

4. *Qui diligit Deum.* Parentes honorando : quare græca et syrus habent, *qui honorat patrem.* — *Exorabit pro peccatis.* Explabit peccata, veniam peccatorum obtinebit. Deus enim honorem parentibus delatum sibi exhibitum putat, et in eos qui in parentes pii sunt, et ipse est indulgens. — *In oratione dierum.* Oratione quotidiana. * Vel est hypallage, pro *in diebus orationis*, ut hoc eodem c. 1, 6.

5. *Sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam.* Hunc honorem, quasi ingentem bonorum operum et meritorum thesaurum sibi reponit.

6. *Jucundabitur in filiis.* Deo illi pro pietate in parentes rependente jucunditatem ex filiis probis, et egregiis naturæ et gratiæ dotibus instructis.

dans ses enfants; et il sera exaucé au jour de sa prière.

7. Celui qui honore son père jouira d'une longue vie; et celui qui obéit au père, assistera sa mère.

8. (Celui qui craint le Seigneur honorera son père et sa mère), et il servira comme ses maîtres ceux qui lui ont donné la vie.

9. Honorez votre père par *vos* actions, par *vos* paroles, (et par toute sorte de patience),

10. Afin qu'il vous bénisse (et que sa bénédiction demeure sur vous jusqu'à la fin).

11. La bénédiction du père affermit la maison des enfants, et la malédiction de la mère la détruit jusqu'aux fondements.

12. Ne glorifiez point de ce qui déshonore votre père, car sa honte n'est point votre gloire.

13 Le fils tire sa gloire de l'honneur de son père : et un père sans honneur est le déshonneur de son fils.

14. Mon fils, soulagez votre père dans sa vieillesse, et ne l'attristez point durant sa vie;

15. Que si son esprit s'affaiblit, supportez-le, et ne le méprisez pas à cause de l'avantage que vous avez au-dessus de lui; car la charité dont vous aurez usé envers votre père ne sera point mise en oubli;

16. Dieu vous récompensera aussi pour avoir supporté les défauts de votre mère.

17. Il vous établira dans la justice; il se souviendra de vous au jour de l'affliction; et vos péchés se fondront comme la glace en un jour serein.

18. Combien est infâme celui qui abandonne son père! et combien est maudit de Dieu celui qui aigrit l'esprit de sa mère!

dabitur in filiis, et in die orationis suæ exaudietur.

7. Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore; et qui obedit patri, refrigerabit matrem.

8. Qui timet Dominum, honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt.

9. *a* In opere et sermone, et omni patientia honora patrem tuum: [a *Exod.* 20. 12. *Deut.* 5. 6. *Matth.* 15. 4. *Marc.* 7. 10. *Ephes.* 6. 2.]

10. Ut superveniat tibi benedictio ab eo, et benedictio illius in novissimo maneat.

11. *a* Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta. [a *Gen.* 27. 27. et 49. 2.]

12. Ne glorieris in contumelia patris tui; non enim est tibi gloria, ejus confusio;

13. Gloria enim hominis ex honore patris sui, et dedecus filii pater sine honore.

14. Fili, suscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vita illius;

15. Et si defecerit sensu, veniam da, et ne spernas eum in virtute tua; eleemosyna enim patris non erit in oblivione.

16. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum.

17. Et in justitia ædificabitur tibi, et in die tribulationis commemorabitur tui; et sicut in sereno glacies, solvuntur peccata tua.

18. Quam malæ famæ est, qui derelinquis patrem; et est maledictus a Deo, qui exasperat matrem.

7. *Qui obedit patri, refrigerabit matrem.* Hac enim ipsa obedientia refrigerium præstat matri, ut contra qui refractarius est patri, grandi tristitia afficit matrem. Vel sensus est: qui patri obedit, consabitur matrem refrigerare; nam eo matris refrigerio obedientiam parenti præstabit.

8. *Quasi dominis.* Præcipuus enim parentum cultus in obedientia consistit et obsequio.

9. *Patientia.* Ut scilicet patris asperitas, imperium, mores difficiles, ac vitia tolerentur.

10. *Benedictio illius in novissimo maneat.* Divinus favor usque ad vitæ finem duret, teque prosequatur, nec in extrema illa hora deseratur, cum ratio judici reddenda dictorum factorumque.

11. *Firmat domos.* Facit ut filius prole et familia, eaque divite, honorata et splendida dotetur, decoretur et perduret. — *Maledictio autem matris.* Pari jure et patris.— *Eradicat fundamenta.* Eosdem domos funditus evertit.

12. *Ne glorieris in contumelia patris tui.* Quod aliquando insipientes filii faciunt, qui si jussis parentum restiterent, jugumque confregerint, verba etiam arrogantia et contumeliosa in parentes protulerint, cum squalibus gloriantur, quasi egregium patrassent facinus et strenue se gessissent. — *Non enim est tibi gloria ejus confusio.* Apud enim cordatos et sapientes dedecus est refractariam esse parenti, et multo magis contumeliosum in illum.

13. *Gloria enim hominis ex honore patris sui.* Provenit scilicet, et cernitur.

14. *Suscipe senectam.* Græce ἀντιλάβου, adjuva, subleva.

15. *Si defecerit sensu.* Græce ἀνοίαν, intellectu mentis vigore, prudentia, sapientia. — *Veniam da.* Tolera, ne culpes, ne subsannes. — *In virtute tua.* Eo quod videaris tibi viribus mentis et corporis prævalere. — *Eleemosyna enim patris non erit in oblivione.* Pietas, benevolentia et misericordia patri exhibita. Deus illius recordabitur, ut scilicet pro ea bona rependat.

16. *Pro peccato matris.* Tolerato, impatientia, jurgiis, morositate.

17. *In justitia ædificabitur tibi.* Pro justitia, pietate exhibita, ædificabitur tibi domus; familia tua, liberi tui multiplicabuntur, et benedictionibus replebuntur. — *Commemorabitur tui.* Deus erit tui memor, vel ipsa pietas in parentes memoriam tui quodammodo refricabit Deo, ut tibi benefaciat.

18. *Quam malæ famæ est.* Græce, ὡς βλάσφημος, *tanquam blasphemus est.* Execrabilis. Infamis est.

19. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris.

20. *a* Quanto magnus est, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam; [a *Philip.* 2. 3.]

21. Quoniam magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur.

22. *a* Altiora te ne quæseris, et fortiora te ne scrutatus fueris; sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper et in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. [a *Prov.* 25. 27.]

23. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.

24. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus ejus non eris curiosus.

25. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.

26. Multos quoque supplantavit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum

27. Cor durum habebit male in novissimo; et qui amat periculum, in illo peribit.

19. Mon fils, accomplissez vos œuvres avec douceur; et vous vous attirerez non-seulement l'estime, mais aussi l'amour des hommes.

20. Plus vous êtes grand, plus humiliez-vous en toutes choses; et vous trouverez grâce devant Dieu.

21. Car il n'y a que Dieu dont la puissance soit grande, et il est honoré par les humbles.

22. Ne cherchez point ce qui est au-dessus de vous, et ne tâchez point de pénétrer ce qui surpasse vos forces; mais pensez toujours à ce que Dieu vous a commandé, (et n'ayez point la curiosité d'examiner la plupart de ses ouvrages) :

23. Car vous n'avez que faire de voir de vos yeux ce qui est caché.

24. Ne vous appliquez point avec empressement à la recherche des choses non nécessaires (et n'examinez point avec curiosité les divers ouvrages de Dieu).

25. Car il vous a découvert beaucoup de choses qui étaient au-dessus de l'esprit de l'homme.

26. Plusieurs, se sont laissé séduire à leurs fausses opinions; et l'illusion de leur esprit les a retenus dans la vanité et dans le mensonge.

27. Le cœur dur sera accablé de maux à la fin de sa vie; et celui qui aime le péril y périra.

19. *Fili, in mansuetudine opera tua perfice.* Jésus-Christ a résumé toutes les maximes renfermées dans la dernière partie de ce précepte : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Qui major est in vobis fiat sicut minister* (Matth., XI).

22. *Altiora te ne quæseris.* A l'époque où l'auteur de l'*Ecclésiastique* a écrit son livre, l'hellénisme envait envahi la Judée. La manie de philosopher était à la mode, et l'on subtilisait sur une foule de questions inutiles qui dégénéraient en jeux de mots. Le goût de l'allégorie était devenu prédominant, et l'on cherchait comme Philon, à platoniser la loi mosaïque. Ces subtilités n'étaient pas sans danger: le Sage condamne cet excès de curiosité, comme au moyen-âge l'auteur de l'*Imitation* s'élève contre les abus de la scolastique qui éloignaient l'esprit des questions sérieuses pour le jeter dans des questions frivoles. — *Quid prodest magna cavillatio de occultis et obscuris vebus?... Quid curæ habis de generibus et speciebus* (Cf. *De Imitat. Christi*, lib. 1, cap. III).

27. *Cor durum habebit male in novissimo.* Le cœur dur, dit Sacy, est celui qui, étant tendre sur lui-même, est devenu comme de pierre à l'égard de son salut. Il n'est plus touché ni de la crainte de Dieu, ni des remords de sa conscience, ni de l'horreur de l'enfer, ni de la pensée du paradis. Il a d'autant plus perdu de vue toutes ces choses, qu'il est même insensible à cette perte. *Il se trouvera dans le mal au dernier jour*, parce qu'il ne pensera à sa maladie que lorsqu'elle sera devenue incurable. Et comme au lieu de craindre les périls, il les a toujours aimés, *il y périra.*

19. *Super hominum gloriam.* Præter gloriam et honorem benevolentiam etiam tibi conciliabis.

20. *Quanto magnus es.* Quanto es major. — *Invenies gratiam.* Deus enim superbis resistit, humilibus vero dat gratiam.

21. *Quoniam magna potentia Dei solius.* Quia Deus est summa celsitudo, propterea summa erga eum exhibenda humilitas.

22. *Fortiora te ne scrutatus fueris.* Hebræi difficiliora et captum superantia vocant fortiora, duriora, altiora, profundiora.

23. *Non est enim tibi necessarium.* Liptote, sou miosis, adeo non est necessarium, ut etiam si noxium.

24. *Scrutari multipliciter.* Græce, μὴ περιεργάζου : est autem περιεργία, *curiositas*, superflua anxietas, et quædam diligentiæ redundantia et supervacua operositas.

25. *Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.* Quasi dicat : Deus multas res naturales et supernaturales, necessarias et utiles, quæ captum nostrum superant, nobis ostendit et revelavit, ut illis ingenium occuparemus, hoc ergo agamus, nec ad supervacua frustra, curiose, inutiliter et noxio transcendamus. Vel sensus est : multa homini ostensa esse, quæ aliquo modo percipiat, penitus autem illa illorumque causas et effectus et affectiones cognoscere non possit.

26. *Supplantavit.* Decepit, evertit. — *Suspicio illorum.* Opiniones et suspiciones quibus tanquam rebus certis adhæserunt, nimium sibi credentes. — *Et in vanitate detinuit sensus illorum.* Et falsis mendacibusque opinionibus mentes eorum imbuit, quibus illi detenti sunt, dum eas mordicus tuentur.

27. *Cor durum habebit male.* Cor durum opponi tum mansuetudini et humilitati, quam commendavit num. 10 et 20; tum obedientiæ, quam filiis commendavit n. 2 et sequent. Itaque cor durum est cor superbum et obstinatum. Dicitur male habere in novissimo, quia tandem superbia, pertinacia et inobedientia multa important incommoda, et tandem maximum malum æternæ damnationis. — *Qui amat periculum, in illo peribit.* Qui pericula non cavent

28. (Le cœur qui marche par deux voies ne réussira point, et l'âme corrompue y trouvera un sujet de chute.)

29. Le cœur rebelle sera accablé de douleurs, et le pécheur ajoutera péché sur péché.

30. L'assemblée des superbes demeurera incurable, parce que la tige du péché s'enracinera dans eux, sans qu'ils le connaissent.

31. Le cœur du sage paraîtra par sa sagesse; et l'oreille de l'homme de bien écoutera la sagesse avec une extrême ardeur.

32. (Le cœur sage et intelligent s'abstiendra du péché; et il réussira dans les œuvres de justice.)

33. L'eau éteint le feu, lorsqu'il est le plus ardent; et l'aumône résiste au péché.

34. Dieu, qui doit récompenser les bonnes œuvres, la considère *cette aumône;* et il s'en souvient dans la suite : et celui qui l'a faite trouvera un appui au temps de sa chute.

28. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, et pravus corde in illis scandalizabitur.

29. Cor nequam gravabitur in doloribus, et peccator adjiciet ad peccandum.

30. Synagogæ superborum non erit sanitas; frutex enim peccati radicabitur in illis, et non intelligetur.

31. Cor sapientis intelligitur in sapientia, et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.

32. Sapiens cor et intelligibile abstinebit se a peccatis, et in operibus justitiæ successus habebit.

33. *a* Ignem ardentem extinguit aqua et eleemosyna resistit peccatis. [a *Dan.* 4. 24.]

34. Et Deus prospector est ejus qui reddit gratiam; meminit ejus in posterum, et in tempore casus sui inveniet firmamentum.

CHAPITRE IV.

Exhortation à l'aumône. Avantages de la sagesse. Bonne et mauvaise honte.

1. Mon fils, ne privez pas le pauvre de son aumône, et ne détournez point les yeux de lui.

1. Fili, *a* eleemosynam pauperis ne defraudes, et oculos tuos ne transvertas à paupere. [a *Tob.* 4. 7.]

CAP. IV. — 1. *Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes.* Cette parole, dit Sacy, fait voir que ce qu'on donne aux pauvres leur appartient, selon l'intention de Dieu, et qu'on les prive de ce qui leur est dû, en ne leur faisant pas l'aumône, parce que Dieu a donné les biens aux riches, afin qu'ils en fussent de légitimes dispensateurs et qu'ils ne refusassent pas d'en faire part à ceux qui sont aussi bien qu'eux ses images et les membres de son Fils. C'est d'où est venue cette parole assez connue, peu comprise et moins pratiquée, que le superflu des riches est le nécessaire des pauvres.

---

nec se ab iis removent, quamvis se putent securos, tandem in iis pereunt. Qui enim multum navigant, fere naufragium tandem faciunt; et qui frequenter in bello versantur, hostium telis fere cadunt. Et sic de aliis hujusmodi; nam, ut ait Seneca in Hercule furente : *Quem sæpe transit casus, aliquando invenit.* Idem judicium de peccandi periculis.

28. *Cor ingrediens duas vias, non habebit successus.* Ille ingreditur duas vias qui tendit in duo contraria, et Deo servire vult et diabolo; divinæ legi obsequi et mundo. Non habent autem hi successum, quia neutri satisfaciunt. — *Et pravus corde in illis scandalizabitur.* Et qui rectam viam non insistit, sed pravo et obliquo corde modo hanc vult tenere, modo illam; in viis illis scandalizabitur, hoc est, impinget, offendet, corruet.

29. *Cor nequam.* Durum; est enim in græco σκληρά, cor pertinax, obfirmatum in malo. — *Gravabitur in doloribus.* Quia sua nequitia, duritia, et obstinatione thezaurizat sibi iram Dei, juxta illud ad Rom., 2, 5 : *Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ.* — *Et peccator adjiciet ad peccandum.* Peccatum enim aliud trahit peccatum, et propter habitum pravum crescit ad illud inclinatio.

30. *Synagogæ superborum non erit sanitas.* Cœtus superborum difficile sanatur. Tò sanitas græce est, ἴασις, sanatio, curatio, medela. — *Frutex enim peccati radicabitur in illis.* Noxia enim hæc planta peccati per pravos habitus altas radices agit, ut facile extirpari non possit. — *Et non intelligetur.* Non advertetur, quia dum perturbationibus nostris cedimus, et illis paremus, habitum contrahimus non advertentes.

31. *In sapientia.* Audienda scilicet, legenda, meditanda, opere exercenda. — *Auris bona.* Quæ cordi bono et docili servit. * In græco est, καί οὖς ἀκροατοῦς ἐπιθυμία σοφοῦ, *et auris auditoris* (id est, auris attenta) *desiderium est sapientis.* Animat magistrum discipuli attentio. — *Cum omni concupiscentia.* Aviditate, excipiet avidissime sapientiam.

32. *Intelligibile.* Intelligens. — *Successus habebit.* Nam, juxta illud Psal. 1, 3, omnia quæcumque faciet prosperabuntur.

33. *Eleemosyna resistit peccatis.* Nam *misericordes misericordiam consequentur,* Matth., 5, 7.

34. *Deus prospector est.* Deus providet, et de omnibus prospicit. — *Qui reddit gratiam.* Qui benefacit. — *Meminit ejus in posterum.* Eleemosynæ scilicet, ut eam suo tempore remuneretur. — *Inveniet firmamentum.* Quasi dicat : Si eleemosynarius in adversa labatur, fulciet eum Dominus, roboravit, eriget, et in pristinum statum restituet.

CAP. IV. — 1. *Fili eleemosynam pauperis ne defraudes.* Id est, pauperem eleemosyna. Vox *defraudes* significat eleemosynam pauperi ex charitate deberi. — *Et oculos tuos ne transvertas a paupere.* Ne averseris pauperes. Sic etiam Tobias filio præcipiebat : *Noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet ut nec a te avertatur facies Domini,* Tob., 4, 7. In græco est μὴ παρελκύσῃς, *ne protrahas oculos indigentis.* Longa nimirum expectatione petite eleemosynæ.

2. Animam esurientem ne despexeris; et non exasperes pauperem in inopia sua.

3. Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti.

4. Rogationem contribulati ne abjicias; et non avertas faciem tuam ab egeno.

5. Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram, et non relinquas quærentibus tibi retro maledicere;

6. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius; exaudiet autem eum qui fecit illum.

7. Congregationi pauperum affabilem te facito, et presbytero humilia animam tuam, et magnato humilia caput tuum.

8. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, et redde debitum tuum, et responde illi pacifica, in mansuetudine.

9. Libera eum qui injuriam patitur de manu superbi; et non acide feras in anima tua.

10. In judicando esto pupillis misericors ut pater, et pro viro matri illorum;

11. Et eris tu velut filius Altissimi obediens, et miserebitur tui magis quam mater.

12. Sapientia filiis suis vitam inspirat, et suscipit inquirentes se, et præibit in via justitiæ.

13. Et qui illam diligit, diligit vitam; et qui vigilaverint ad illam, complectentur placorem ejus.

2. Ne méprisez pas celui qui a faim, et n'aigrissez pas le pauvre dans son indigence.

3. N'attristez point le cœur du pauvre, et ne différez point de donner à celui qui souffre.

4. Ne rejetez point la prière de l'affligé, et ne détournez point votre visage du pauvre.

5. Ne détournez point vos yeux du pauvre (de peur qu'il ne se fâche;) et ne donnez point sujet à ceux qui vous demandent de vous maudire derrière vous.

6. Car celui qui vous maudit dans l'amertume de son âme sera exaucé dans son imprécation; il sera exaucé par celui qui l'a créé.

7. Rendez-vous affable à l'assemblée (des pauvres : humiliez votre âme devant les anciens,) et baissez la tête devant les grands.

8. Prêtez l'oreille au pauvre (sans chagrin : acquittez-vous de ce que vous devez,) et répondez-lui favorablement et avec douceur.

9. Délivrez de la main du superbe celui qui souffre injure, et n'en concevez pas une amertume de cœur.

10. (Lorsque vous rendrez un jugement,) ayez pitié des orphelins, et devenant comme leur père, tenez lieu de mari à leur mère,

11. Et vous serez, à l'égard du Très-Haut, comme un fils (obéissant;) et il aura compassion de vous plus qu'une mère n'en a de son fils.

12. La sagesse inspire la vie à ses enfants : elle prend en sa protection ceux qui la cherchent : (et elle marche devant eux dans la voie de la justice).

13. Celui qui l'aime aime la vie; et ceux qui veillent pour la trouver jouiront de sa paix.

5. *Ab inope ne avertas oculos tuos.* Il ne suffit pas de donner; mais il faut encore donner convenablement pour soi et pour celui qui reçoit. On double le prix de son aumône en la faisant avec les sentiments qu'on doit avoir. Ces sentiments sont indiqués dans ce chapitre : il faut donner avec empressement, avec douceur et à propos.

---

2. *Animam esurientem ne despexeris.* Græce, μὴ λυπήσῃς, ne contristes. — *Et non exasperes pauperem in inopia sua.* Non addas afflictionem afflicto, malum quo premitur tua immisericordia exasperando.

3. *Datum.* Eleemosynam. — *Angustianti.* Ei qui in angustiis versatur.

4. *Contribulati.* Afflicti, pauperis.

5. *Propter iram.* Per iram. Vel propter iram intelligitur de ira pauperis, ne scilicet exasperatus, et tibi iratus, malum tibi a Deo precetur. Intelligi etiam potest de ira Dei. — *Et non relinquas.* Occasionem scilicet. — *Quærentibus.* Pauperibus eleemosynam postulantibus. — *Tibi retro maledicere.* Secreto, post tergum tuum.

7. *Presbytero.* Seniori. — *Magnato.* Viro primario. Μεγιστᾶνι, ut est in græco.

8. *Declina.* Inclina. — *Redde debitum tuum.* Eleemosyne, affabilitatis, facilitatis in audiendo, sive aliud quocumque debitum, cujusmodi illud est quod operariis pauperibus pro exhibito opere reddendum est. -- *Pacifica.* Cum pace et mansuetudine.

9. *Non acide feras in anima tua.* Non sit tibi tædio hoc præstare, ne sis piger, lentus aut tardus ad eum liberandum. Vel non ægre feras, aut indigneris propter incommodum tuum. * In græco est, μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῷ κρίνειν σε; *noli esse trepidus ubi tibi judicandum est.* Id est, noli accusatoris injusti potentiam extimescere, sed ex legibus judica.

10. *Pupillis misericors.* Judicis et pupillos ita ab injuria defendere ac si pater illorum esset, et viduas defendere ad eum modum quo illas earum mariti, si viverent, tuerentur.

11. *Et eris. Et* sumitur pro *idcirco.* -- *Miserebitur tui magis quam mater.* Non modo te ut filium curabit, sed erit tibi matre indulgentior et blandior.

12. *Vitam inspirat.* Vitam gratiæ et gloriæ, quæ est vita supernaturalis, beata et æterna. -- *Suscipit inquirentes se.* In suam fidem ac tutelam recipit. -- *Et præibit in via justitiæ.* Quasi facem præferens ostendensque quid justum sit et sanctum, quid injustum et impium, ad recta et justa capessenda excitans, et a pravis deterrens et avertens.

13. *Qui vigilaverint ad illam.* Qui solliciti fuerint in ea quærenda. -- *Placorem.* Placiditatem, suavitatem, jucunditatem, et lætitiam sapientiæ; hæc enim significat græcum εὐφροσύνης.

14. Ceux qui la possèdent auront pour héritage la vie : et Dieu versera sa bénédiction partout où elle entrera.
15. Ceux qui la servent seront obéissants au *Dieu* saint, et ceux qui l'aiment seront aimés de Dieu.
16. Celui qui l'écoute jugera les nations, et celui qui est attentif à la regarder, demeurera en assurance.
17. S'il a confiance en elle, il l'aura pour héritage, et sa postérité la possèdera.
18. Car la sagesse marche avec lui dans la tentation, et elle le choisit entre les premiers.
19. Elle le conduit dans la crainte, dans la frayeur et dans les épreuves : et elle l'exercera par les peines dont ses instructions sont accompagnées, jusqu'à ce qu'elle l'ait sondé dans ses pensées, et qu'elle se soit assurée du fond de son âme.
20. Elle l'affermira; elle retournera à lui par un chemin droit, et elle le comblera de joie;
21. Elle lui découvrira ses secrets, et (elle mettra en lui un trésor de science et d'intelligence de la justice.)

14. Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt ; et quo introibit, benedicet Deus.
15. Qui serviunt ei, obsequentes erunt sancto : et eos, qui diligunt illam, diligit Deus.
16. Qui audit illam, judicabit gentes : et qui intuetur illam, permanebit confidens.
17. Si crediderit ei, hæreditabit illam, et erunt in confirmatione creaturæ illius.
18. Quoniam in tentatione ambulat cum eo, et in primis eligit eum.
19. Timorem et metum, et probationem inducet super illum ; et cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, et credat animæ illius.
20. Et firmabit illum, et iter adducet directum ad illum, et lætificabit illum.
21. Et denudabit absconsa sua illi, et thesaurizabit super illum scientiam et intellectum justitiæ.

18. *Quoniam in tentatione ambulat cum eo. L'Ecclésiastique* veut nous prémunir contre le découragement dans lequel nous pourrions tomber, si nous nous laissions arrêter par les premières difficultés que nous rencontrons dans la pratique de la vertu. Il compare la sagesse à un homme qui veut éprouver la fidélité de son ami ; il ne lui confie pas ses secrets avant de l'avoir préalablement éprouvé. C'est ainsi qu'Abraham, Isaac, Jacob, Moïse et tous les justes de l'ancienne loi ont été éprouvés avant d'être mis par la Sagesse en possession de ses trésors.

---

14. *Vitam hæreditabunt.* Præsentem sæpe longævam, et futuram semper æternam. Pro *vitam*. in græco est, δόξαν, *gloriam;* via enim ad gloriam perennem est sapientia. -- *Et quo.* Quocumque. -- *Introibit.* Aliqui clarius legunt, *introibunt* : non sapientia, sed qui tenuerint eam, illis *benedicet Deus*, prospera cuncta concedens; sententia tamen est eadem.

15. *Obsequentes erunt sancto.* Servient Deo.

16. *Qui audit illam.* Qui obedit illi, græce enim est, ὑπακούων. -- *Judicabit gentes.* Futurum *judicabit* hic et alibi sæpe accipiendum est pro modo potentiali. Quasi dicat : Poterit judicare; aptus dignusque est qui judicet. -- *Qui intuetur illam.* Ut illam audiat, et doctrinam illius excipiat. -- *Permanebit confidens.* Græce, κατασκηνώσει πεποιθώς, *habitabit securus*, quasi in asylo sub sapientiæ tutela latens.

17. *Si crediderit ei.* Si firmiter et fideliter adhæserit ei, si se illi plane crediderit. — *Hæreditabit illam.* Tum in hac vita per gratiam, tum potius in futura per gloriam. *Et erunt in confirmatione creaturæ illius.* Græce, καὶ ἐν κατασχέσει ἔσονται αἱ γενεαὶ αὐτοῦ, *et in possessione* sive *detentione* (sapientiæ scilicet) *erunt generationes ipsius.* Filii enim parentes imitati, sapientes et ipsi erunt, et sapientiam possidebunt ad se quasi hæreditate transmissam.

18. *In tentatione ambulat cum eo.* In græco est, ὅτι διεστραμμένως πορεύσεται μετ' αὐτοῦ ἐν πρώτοις, id est, *quia oblique, distorte, dure ambulat cum eo in primis*, vel *in principio.* Quasi dicat : Sapientia, et Deus qui est prima sapientia, sui studiosum initio duris et asperis exercet. * Sapientiæ etiam initia dura sunt radices amaræ, fructus suaves. — *Et in primis eligit eum.* In principio, quasi dicat : Sapientia, et Deus qui est prima sapientia, sui studiosum et discipulum solet initio per tentationes et aspera quæque probare, et per hæc probatum sibi eligere tanquam se dignum, cui se insinuet, quem erudiat et suis thesauris ditet.

19. *Timore et metum, et probationem inducet super illum.* Vox illa *probationem* non est in textu græco, sed addita est ab interprete majoris explicationis gratia. Sensus est : sapientia suos discipulos probat et explorat per timorem et metum ad probationem, qui scilicet sit probatio illorum. — *Cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ.* Græce, ἐν παιδείᾳ αὐτῆς, id est, *in disciplina* vel *castigatione sua.* Sapientia enim sive ethica christiana castigat et resecat motus iræ, superbiæ, gulæ, concupiscentiæ, atque ita in erudiendo nos cruciat. — *In cogitationibus suis.* Græce, ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτῆς, id est, *in justificationibus suis*, in legibus nimirum suis, ut exploret et cognoscat an se illis per omnia subjiciat, licet molestiam aliquam afferant. — *Credat animæ.* Confidat illius constantiæ, et tuto ei dogmata sua communicari posse existimet.

20. *Et firmabit illum.* Jam probatum et exploratum stabili et firmo virtutis pacisque statu collocabit. — *Et iter adducet directum ad illum.* Faciet viam expeditiorem sublatis difficultatibus, qua ipsa sapientia redeat ad illum. Græce est, καὶ πάλιν ἐπανήξει κατ' εὐθεῖαν πρὸς αὐτὸν, id est, *et rursus redibit recta ad illum.* Dixerat enim n. 18, sapientia initio obliquæ ambulare cum discipulo suo ut illum probet : hic vero ait eamdem ad jam probatum recta redire. -- *Lætificabit illum.* Præsentia sua.

21. *Denudabit absconsa.* Arcana revelabit, patefaciet. -- *Thesaurizabit.* Abunde, et quasi thesauro ditabit illum.

22. Si autem oberraverit, derelinquet eum, et tradet eum in manus inimici sui.
23. Fili, conserva tempus, et devita à malo.
24. Pro anima tua ne confundaris dicere verum.
25. Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam.
26. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium.
27. Ne reverearis proximum tuum in casu suo ;
28. Nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.
29. In lingua enim sapientia dignoscitur; et sensus, et scientia, et doctrina in verbo sensati, et firmamentum in operibus justitiæ.
30. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuæ confundere.
31. *a* Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subjicias te omni homini pro peccato.' [a *Infr.* 6. 6.]
32. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii.

22. Mais s'il s'égare, elle l'abandonnera et le livrera entre les mains de son ennemi.
23. Mon fils, ménagez le temps, et gardez-vous du mal.
24. Ne rougissez point (de dire la vérité) lorsqu'il s'agit de votre âme.
25. Car il y a une confusion qui fait tomber dans le péché, et il y en une autre qui attire la gloire et la grâce.
26. N'ayez point d'égard à la qualité des personnes contre votre salut; (et ne vous laissez point aller au mensonge aux dépens de votre âme.)
27. Ne respectez point votre prochain dans sa chute :
28. Et ne retenez point la parole lorsqu'elle peut être salutaire. (Ne cachez point votre sagesse dans sa beauté) ;
29. Car la sagesse se fait connaître par la langue ; (et le sens, la science) et la doctrine paraissent dans la parole (de l'homme sensé.) Sa fermeté consiste dans les œuvres de justice.
30. Ne contredisez en aucune sorte la parole de vérité, et ayez confusion du mensonge où vous êtes tombé par ignorance.
31. Ne rougissez point de confesser vos péchés, mais ne vous soumettez pas à toute personne pour le péché.
32. Ne résistez point en face à l'homme puissant, et ne vous raidissez pas contre le cours du fleuve.

25. *Est enim confusio*. Il y a deux sortes de honte, l'une bonne et l'autre mauvaise. L'*Ecclésiastique* en détermine les causes et en indique le caractère dans les versets suivants. C'est la troisième partie du chapitre.

---

22. *Si autem aberraverit, derelinquet eum.* Si nimirum defecerit, et a via sapientiæ et justitiæ exciderit. -- *In manus inimici sui.* Græce, εἰς χεῖρας πτώσεως αὐτοῦ, *in manus casus sui;* sinet eum ferri in casum et ruinam suam, vel quo illum rapit peccatum suum : peccatum enim admissum aliis peccatis viam sternit, et in exitium sempiternum inducit.

23. *Fili conserva tempus.* Observa tempus, occasionem scilicet, opportunitatem ; est enim in græco καιρόν.

24. *Pro anima tua ne confundaris dicere verum.* Ut vitam serves ne verearis verum proloqui, ut v. g., cum fides profitenda est. Vel verum dicas ut animam tuam serves a peccato et pœna peccati.

25. *Est enim confusio adducens peccatum.* Pudor scilicet vitiosus de quo superiori versiculo. -- *Et est confusio adducens gloriam.* Cum aliquem scilicet pudet peccare, aut peccasse, aut eo christianæ perfectionis non pervenisse quo debuisset.

26. *Ne accipias faciem adversus faciem tuam.* Id est, adversus te ipsum, ut scilicet præ personæ potentis reverentia mentiaris, aut taceas veritatem quam eloqui necessarium est. Accipere faciem, est timere aut revereri faciem aut personam; utrumque enim significat τὸ πρόσωπον. * Vel sensus est : noli cuiquam homini ita morem gerere, ut tibi inde periculum crees contra animam tuam, id est, contra te ipsum tuo malo et ad tuam ruinam.

27. *Ne reverearis.* Me reformides. — *In casu suo.* Cum cadit in peccatum aliquod.

28. *Nec retineas verbum.* Correptionis, instructionis, consilii. — *In tempore salutis.* Cum illi saluti esse potes. — *Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.* Cum pulchrum et decorum est eam promerere, quod fit cum eam promi possit Dei gloria, et proximorum salus.

29. *Et firmamentum in operibus justitiæ.* Quasi dicat : Optima confirmatio et persuasio sapientiæ et doctrinæ est ea quæ fit non per verba, sed per opera justitiæ, ab ipso docente facta. * Vel sententia est ; in operibus justitiæ, hoc est, in judiciis et deliberationibus sensati alicujus ac prudentis hominis, dictum plurimum valere, et firmamentum addere ad fulciendam justitiam, ideoque non esse dissimulanda quæ vera sunt et rationi consentanea.

30. *De mendacio ineruditionis tuæ confundere.* De mendacio scilicet indisciplinate, imprudenter et temere prolato confundere, nec illud tueri velis.

31. *Non confundaris confiteri peccata tua.* Sunt enim qui se nunquam errasse, aut imprudenter egisse confiteri velint. — *Et ne subjicias te omni homini pro peccato.* Quasi dicat : Aliud tamen extremum devita, ut dum pertinax esse non vis, nimium te dejicias, et cujuslibet hominis sine delectu sententiam sequaris, cum te quasi peccantem monere volunt, et tuæ vitæ rationes juxta sensum et voluntatem suam te accommodare cupiunt. * In græco est, μὴ ὑποστρώσῃς σεαυτὸν ἀνθρώπῳ μωρῷ, *ne subjicias te cuiquam stulto.* Aristophanes bene initio Pluti rem duram esse ait : δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου, *servum esse insanientis hominis.*

32. *Noli resistere contra faciem potentis.* Sive princeps sit, sive multitudo populi, quia non magis illi potes resistere quam adverso cursu fluminis rapide decurrentibus obniti. In græco est, μὴ λάβῃς πρόσωπον δυνάστου, *ne accipias personam dynastæ.* Nihil injustum facias in ejus gratiam.

33. (Prenez la défense de la justice pour sauver votre âme;) combattez jusqu'à la mort pour la justice, et Dieu combattra pour vous, (*et* renversera vos ennemis.)
34. Ne soyez point prompt à parler, et en même temps lâche et négligent dans vos œuvres.
35. Ne soyez point comme un lion dans votre maison, en vous rendant terrible à vos domestiques, et opprimant ceux qui vous sont soumis.
36. Que votre main ne soit point ouverte pour recevoir, et fermée pour donner.

33. Pro justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.
34. Noli citatus esse in lingua tua; et inutilis, et remissus in operibus tuis.
35. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.
36. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta.

CHAPITRE V.

Ne point s'appuyer sur les richesses. Ne pas différer sa conversion. S'attacher à la justice et être circonspect dans ses paroles.

1. Ne vous appuyez point sur les richesses (injustes;) et ne dites point : J'ai suffisamment de quoi vivre ; (car tout cela ne vous servira de rien au temps de la vengeance et au jour de l'obscurité).
2. Ne vous abandonnez pas dans votre puissance aux mauvais désirs de votre cœur :
3. Et ne dites pas : (Que je suis puissant !) Qui aura le pouvoir de me faire rendre compte de mes actions? car Dieu certainement en tirera la vengeance.
4. Ne dites pas : J'ai péché, et que m'en est-il arrivé de mal? car le Très-Haut est lent à punir les crimes ;
5. Ne soyez point sans crainte de l'offense qui vous a été remise, et n'ajoutez pas péché sur péché.

1. Noli attendere ad possessiones iniquas, et ne dixeris : Est mihi sufficiens vita; nihil enim proderit in tempore vindictæ et obductionis.
2. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui;
3. Et ne dixeris : Quomodo potui? aut quis me subjiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.
4. Ne dixeris : Peccavi, et quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.
5. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum.

CAP. V. — 4 *Est patiens redditor.* Dieu suspend, dit Bossuet, longtemps l'arrêt de sa vengeance, parce qu'il est terrible et irrévocable. Il est patient, parce qu'il est éternel.

5. *De propitiato peccato.* Ne soyez point sans crainte au sujet de l'offense qui vous a été remise, et surtout ne vous reposez pas sur la miséricorde du Seigneur au point d'en prendre l'occasion de l'offenser de nouveau. Car, comme le dit Sacy, les crimes sont des blessures profondes de l'âme, qui la laissent très-faible après même que la plaie est refermée... N'ajoutez pas le péché de l'ingratitude et de la tiédeur à tous les péchés passés, de peur que vous ne retombiez, selon l'Evangile, en un état pire que le premier.

33. *Pro justitia agonizare pro anima tua.* Agonizare, id est, certa, omnes vires exerendo ut animam tuam serves, justitiam servando et tuendo.
34. *Noli citatus esse in lingua tua.* In græco triplex est lectio; nam vulgatus noster legit, ταχὺς, *velox, citatus*; alii habent, τραχὺς, *durus, asper*; alii, θρασὺς, *audax, temerarius.* Videtur melior nostra lectio; nam sic constat antithesis inter citum in lingua et remissum in opere.
35. *Sicut leo in domo tua.* Clamans, sæviens in subditos. — * *Evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.* Pro omnibus hisce verbis in græco tantum est, φανταστικοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου : ille dicitur φανταστικοπεῖν, qui quæ imaginationi suæ objiciuntur, ea tanquam certa sibi persuadet, suspicionibus suis credendo non minus quam si ea vidisset quæ hariolatur.

CAP. V. — 1. *Noli attendere ad possessiones iniquas.* Noli fidere, aut gaudere divitiis male partis. Porro quælibet divitiæ appellari possunt divitiæ iniquitatis, vel quia invidæ sunt et fallaces, vel quia iniquitatis illecebræ, vel quia frequenter malis artibus quæsitæ juxta vulgatum illud dictum : *Omnis dives aut iniquus, aut iniqui hæres;* vel tandem quia iniqui et impii putant eas solas esse divitias, non enim norunt divinas atque cælestes. — *Sufficiens vita.* Quæ sufficiunt ad victum, cultum, alimenta. — *In tempore vindictæ et obductionis.* Mortis scilicet, cum de iniquis vindicta sumitur a Deo, et omnia obducta sunt et clausa, nec ulla spes evadendi manus omnipotentis. * Vide supra, c. 2. 2.
2. *Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui.* Ne velis tibi tantum licere quantum potes. Vel, quod idem fere est, ne multum consecteris concupiscentias tuas, ut illis parcas et obsequaris.
3. *Et ne dixeris : Quomodo potui.* Efficere scilicet et consequi quod volui et concupivi. In græco est, τίς με δυνατεῖται, *quis valet dominabitur*, et legem imponet? Syrus vertit, *quis potens ut ego?* vel etiam vox ista scelestorum exprimit affectum, qui dolent si quando obstam aliquam peccandi occasionem neglexerint. — *Aut quis me subjiciet propter facta mea?* Cur non pecco, cum possim impune?
4. *Est patiens redditor.* Longanimis, sed qui tarditatem supplicii gravitate compenset.
5. *De propitiato peccato.* Jansenius, Glossa et alii putant legendum, *de propitiatu peccati :*

6. Et ne dicas : Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum misercbitur.
7. *a* Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius. [*a Prov.* 10. 6.]
8. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem.
9. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te.
10. *a* Noli anxius esse in divitiis injustis, non enim proderunt tibi in die obductionis et vindictæ. [*a Prov.* 11. 4. 28.]
11. Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omnem viam; sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.
12. Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ.
13. Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas; et cum sapientia proferas responsum verum.
14. Si est tibi intellectus responde proximo; sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, et confundaris.
15. Honor et gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subversio est ipsius.
16. Non appelleris susurro, et lingua tua ne capiaris, et confundaris.

6. Ne dites pas : La miséricorde du Seigneur est grande; il aura pitié de la multitude de mes péchés.
7. Car son indignation est prompte aussi bien que sa miséricorde, et il regarde les pécheurs dans sa colère.
8. Ne différez point à vous convertir au Seigneur, et ne remettez pas de jour en jour :
9. Car sa colère éclatera tout d'un coup, et il vous perdra au jour de la vengeance.
10. Ne vous embarrassez point pour *acquérir* les richesses injustes, car elles ne vous serviront point au jour de l'obscurcissement et de la vengeance.
11. Ne tournez point à tout vent, et n'allez point par toutes sortes de routes; car c'est ainsi que le pécheur se fait connaître par la duplicité de sa langue.
12. Soyez ferme dans la voie du Seigneur, dans la vérité de vos sentiments et dans votre science, et que la parole de paix et de justice vous accompagne toujours.
13. Écoutez avec douceur ce qu'on vous dit, afin d'acquérir l'intelligence et de rendre avec sagesse une réponse qui soit véritable.
14. Si vous avez de l'intelligence, répondez à votre prochain, sinon que votre main soit sur votre bouche (de peur que vous ne soyez surpris dans une parole indiscrète, et que vous ne tombiez dans la confusion.)
15. *Car* l'honneur et la gloire accompagnent le discours de l'homme sensé : mais la langue de l'imprudent est la ruine de son âme.
16. Evitez de passer pour un semeur de rapports, et que votre langue ne vous devienne pas un piège (et un sujet de confusion.)

13. *Esto mansuetus ad audiendum.* Cette douceur est la patience qui fait que l'homme se possède : *In patientia possidebitis animas vestras.* C'est la condition essentielle de l'attention qui est elle-même nécessaire pour bien saisir le sens de ce que l'on entend. Le Grec de l'édition romaine peut se traduire simplement : Soyez prompt à écouter et lent à répondre. Ce qui revient à ces paroles de l'apôtre saint Jacques : *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum* (Epist. I, 19).

cum in græco sit, περὶ ἐξιλασμοῦ μὴ ἄφοβος γίνου, quasi sensus sit : *de peccatorum propitiatione facienda, ne sis absque cura et sollicitudine;* sed non minus commodum sensum exhibet nostra versio, quæ ἐξιλασμοῦ accepit pro jam facta propitiatione. *Nemo enim scit dignus ne sit amore, vel odio*, ut dicitur c. 9, 1 libri Ecclesiastis; et ut remissa sit culpa, pœna timeri potest que luenda sit.
7. *Cito proximant.* Cito aderunt; brevis enim est vitæ cursus, quantumvis longa sit et diuturna. — *In peccatores respicit.... Peccatores petit ira illius.* In græco est, καταπαύσει, *requiescet*, quod pœnæ diuturnitatem significat.
10. *Noli anxius esse.* Est idem versiculus hic cum primo hujus capitis, eademque sententia.
11. *Non ventiles te in omnem ventum.* Noli te agitare, accommodare ad omnem hominum tentationem et cupiditatum ventum. — *Et non eas in omnem viam.* Idem significatur quod proxime explicato hemistichio. — *Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.* Ut pro varietate personarum nunc affirmet, nunc neget, nunc laudet, nunc vituperet.
12. *In via Domini.* Via Domini est recta fides et operatio. — *Et in veritate sensus.* In vera animi sententia et vero prudentiæ judicio. — *Et in scientia.* Sententiæ scilicet et judicii certitudine. — *Et prosequatur te verbum pacis et justitiæ.* Ex constantia mentis et judicii sequitur constantia oris et sermonis. Sententia ergo est : sit verbum tuum unum, uniformo, verum, pacificum et justum; nam bilinguis hominis verbum est duplex, difforme, falsum, ideoque turbulentum, et ad lites et discordias concitandas idoneum.
13. *Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas.* Qui enim loquenti patentes aures non accommodat, quid dicatur bene percipere non potest. * Vulgatus legit πρᾶος *mansuetus;* nunc in græco est, ταχὺς, *velox.* Esto velox ad audiendum, tardus ad respondendum.
14. *Si est tibi intellectus.* Si ea de quibus interrogaris, aut de quibus inter amicos disputatur, intelligis, responde; si vero ea captum tuum superant, sapienter tace, ne stultum aliquid proloquaris, et te ridendum aliis propines :

* Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖσσον, ἢ σιγὴν ἔχε,
Au dic aliquid silentio melius, aut sile,

ut est in veteri verbo.
16. *Non appelleris susurro.* Susurro est qui occulte maledicendo et alterius dicta refe-

17. Car comme le voleur tombe dans la confusion (et le repentir), la langue double s'attire aussi une très-grande condamnation; (le semeur de rapports *attire sur soi* la haine, l'inimitié et l'infamie).
18. Faites également justice aux petits et aux grands.

17. Super furem enim est confusio et pœnitentia, et denotatio pessima super bilinguem; susurratori autem odium, et inimicitia, et contumelia.
18. Justifica pusillum, et magnum similiter.

CHAPITRE VI.

De l'amitié et de ses avantages. Il faut travailler de bonne heure à acquérir la sagesse.

1. Ne devenez pas, d'ami que vous êtes, ennemi de votre prochain; car le méchant aura pour partage la honte et l'ignominie, ainsi que le pécheur envieux, et qui a la langue double.
2. Ne vous élevez point comme un taureau dans les pensées de votre cœur, de peur que votre folie ne brise votre force;
3. Qu'elle ne consume vos feuilles et ne perde vos fruits, et que vous ne deveniez comme un arbre desséché dans le désert.
4. Car l'âme maligne perdra celui en qui elle se trouvera; elle le rendra la joie de ses ennemis, (et elle le conduira au sort des impies.)
5. La parole douce acquiert beaucoup d'amis (et adoucit les ennemis;) et la langue de l'homme vertueux a une abondance de douceur.
6. Ayez beaucoup d'amis qui vivent en paix avec vous; mais choisissez pour conseil un homme entre mille.

1. Noli fieri pro amico inimicus proximo; improperium enim et contumeliam malus hæreditabit, et omnis peccator invidus et bilinguis.
2. *a* Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus; ne forte elidatur virtus tua per stultitiam. [a *Rom.* 12. 16. *Philip.* 2. 3.]
3. Et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo.
4. Anima enim nequam disperdet qui se habet et in gaudium inimicis dat illum, et deducet in sortem impiorum.
5. Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos; et lingua eucharis in bono homine abundat.
6. Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille.

Cap. VI.— 2. *Non te extollas.* Le Grec rapportant au dernier membre de la phrase ces mots : *Velut taurus*, peut se traduire : De peur que votre âme ne s'emporte comme un taureau ; que vous ne consumiez vos feuilles et ne perdiez vos fruits. Ces dernières images nous montrent l'orgueil enlevant à l'âme sa beauté figurée aussi par les feuilles et ses mérites représentés par les fruits.

---

rendo, odium in alium et dissensionem molitur. — *Et lingua tua ne capiaris, et confundaris.* Fere enim susurronis duplicitas, falsitas et fallacia deprehenditur, exploditur, odio habetur, et susurro sibi infamiam conciliat.

17. *Denotatio pessima.* Nota ignominiæ.

18. *Justifica pusillum, et magnum similiter.* Fama cujuslibet proximi tui, sive magnus sit, sive parvus, sit tibi quasi sacra et inviolabilis. Ne potentem laudes justumque pronunties, pauperem vero et eum a quo nihil tibi times libere carpas, sed cum omnibus justitiam cole.

Cap. VI. — 1. *Noli fieri pro amico inimicus proximo.* Susurrando, et occulte ei detrahendo ac nocendo, * ex amico inimicum facere. Sunt hæc consentanea et congruentia cum iis quæ dixerat extremo superiore capite de susurrone, cum quo nectanda. — *Improperium enim et contumeliam.* Omnis malus, velut justam malitiæ suæ sortem et pœnam debitam, hæreditabit probrum et contumeliam; sed præsertim eamdem hæreditabit peccator invidus et bilinguis, qui ex invidia et linguæ intemperantia clam amico detrahit, eique nocet. Cum dicitur *et omnis peccator*, illud *et* significat *præsertim;* sit Marc., 16, 7 : *Dicite discipulis, et Petro*, id est, præsertim Petro.

2. *Non te extollas.* Ne te extollas per cogitationem animæ, id est, animositatis tuæ, ut putes te omnia posse instar tauri, qui cæteras pecudes fugat, sternit et exagitat; quia sicut taurus cornupeta ligatur ab armentorum magistris, stabulo concluditur, aut etiam occiditur : ita virtus tua, aut potius stulta ferocitas, elidetur et frangetur.

3. *Et folia tua comedat.* Similitudine frondosæ arboris idem docet quod superiore versu. Videtur hisce duobus versibus allusum ad historiam Nabuchodonosor, qui superbiens in feram mutatus est, cujus etiam eversio arboris allegoria Danieli ostensa est ejus prophetiæ c. 4.

4. *Anima... nequam disperdet qui se habet.* Anima nequam, mens improba, exitio erit ei qui eam habet. — *Et in gaudium inimicis dat illum.* Qui lætantur ejus malis et infortuniis. — *Et deducet in sortem impiorum.* Ut quorum mores imitatus est, eorumdem pœnis plectatur.

5. *Lingua eucharis.* Lingua gratiosa; hoc enim significat vox græca εὔχαρις, quam hic retinet interpres, lingua eloquens, diserta. — *In bono homine abundat.* Juxta Vulgatam nostram sensus esse potest, multum proficere linguæ gratiam et eloquentiam cum probitate illiusque opinione conjunctam. Hujusmodi enim lingua *abundat,* hoc est, abunde et largiter fert fructum. In græco est, γλῶσσα εὔχαρις πληθυεῖ εὐπροσήγορα, hoc est, *lingua gratiosa multiplicat affabiles compellationes*, salutationes scilicet et humanitatis significatione plenos sermones.

6. *Multi pacifici sint tibi.* Cum multis pacifice vivas, imo cum omnibus. In græco textu non est vox εἰρηνοποιοί, quæ pacificos significat, eos scilicet, qui paci conciliandæ student; sed est εἰρηνεύοντες; id est, in pace viventes aut degentes, et sensus est quem dixi.

7. Si possides amicum, in tentatione posside eum, et ne facile credas ei.
8. Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.
9. Et est amicus qui convertitur ad inimicitiam; et est amicus qui odium et rixam, et convicia denudabit.
10. Est autem amicus socius mensæ, et non permanebit in die necessitatis.
11. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, et in domesticis tuis fiducialiter aget :
12. Si humiliaverit se contra te, et a facie tua absconderit se, unanimem habebis amicitiam bonam.
13. Ab inimicis tuis separare, et ab amicis tuis attende.
14. Amicus fidelis, protectio fortis; qui autem invenit illum, invenit thesaurum.
15. Amico fideli nulla est comparatio, et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius.
16. Amicus fidelis, medicamentum vitæ et immortalitatis; et qui metuunt Dominum, invenient illum.

7. Si vous voulez faire un ami, prenez-le après l'avoir éprouvé, et ne vous fiez pas sitôt à lui.
8. Car tel est ami; qui ne l'est que tant qu'il y trouve son avantage; et il cessera de l'être au jour de l'affliction.
9. Tel est ami, qui se change en ennemi; et tel est ami qui découvre sa haine, et qui se répand en querelle et en injures.
10. Tel est ami qui ne l'est que pour la table; et qui ne le sera plus au jour de l'affliction.
11. Si votre ami demeure ferme et constant, il vivra avec vous comme votre égal, et il agira avec liberté parmi ceux de votre maison.
12. S'il s'humilie en votre présence, et qu'il se retire de devant vous, votre amitié sera fidèle, et elle s'entretiendra par l'union de vos cœurs.
13. Séparez-vous de vos ennemis, et donnez-vous de garde de vos amis.
14. L'ami fidèle est une forte protection; celui qui l'a trouvé a trouvé un trésor.
15. Rien n'est comparable à l'ami fidèle; et l'or et l'argent ne méritent pas d'être mis en balance avec la sincérité de sa foi.
16. L'ami fidèle est un remède qui donne la vie (et l'immortalité;) et ceux qui craignent le Seigneur trouveront un tel ami.

7. *Ne facile credas ei.* Il y a dans l'amitié des degrés. Autant que possible, il faut tâcher d'être bien avec tout le monde ou du moins de n'avoir pas d'ennemis : *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes* (Rom., XII, 18). Mais il ne faut pas donner sa confiance à tout le monde. Avant de se fier à une personne, il faut l'éprouver : *Jesus non credebat semetipsum eis* (Joan., II, 24).

16. *Medicamentum vitæ et immortalitatis.* Il est visible par ces dernières paroles, dit Sacy, que cet excellent ami que décrit le Sage est celui qui l'est selon Dieu, et qui nous aime pour nous rendre amis de Dieu. C'est celui-là qui nous procure *la vie et l'immortalité.* Un ami du monde ne donnera pas tout son bien à son ami; mais ces vrais amis tâchent de donner à ceux qu'ils aiment tout ce qu'ils ont et tout ce qu'ils espèrent de Dieu; parce que ses biens étant infinis, ils les attirent sur eux à mesure qu'ils les répandent sur les autres; et plus ils donnent, plus ils s'enrichissent.

---

7. *In tentatione posside eum.* Prius eum tenta et proba, deinde experimentis probatum amicitiam junge. Vox *posside* idem valet ac para, quære.

8. *Secundum tempus suum.* Cum scilicet ex amico se commodi aliquid decerpere posse confidit; nam, ut ait ille : *Vulgus amicitias utilitate probat.*

9. *Amicus qui convertitur ad inimicitiam.* Ob levem causam; sunt enim aliqui adeo morosi et delicati, ut qualibet offensiuncula commoveantur, et ab amico discedant. — *Qui odium... denudabit.* Vel quæ inter vos dum essetis amici nata sunt, per quæ soluta est amicitia; vel quæ cum aliis quidem intercesserunt, sed cum amico pro amicitia confidenter, sed fortasse parum prudenter, communicaveras.

11. *Erit tibi quasi coæqualis.* Constantem amicum ut æqualem tracta, licet sis major; nam amicitia aut æquales invenit, aut facit; ideoque permitte ut inter domesticos tuos libere agat.

12. *Si humiliaverit se contra te.* Si se coram te ex modestia, verecundia, reverentia submiserit, aut absconderit, non ausus fuerit tecum libere agere, etc.; non tamen propterea illum despicias, sed potius chariorem illum habeto, et unanimem cum illo tuere amicitiam. Græca tam versiculum hunc quam sequentem de ficto amico accipiunt, sic enim habent : *Et est amicus socius mensarum, et non permanebit in die necessitatis tuæ; et in bonis tuis erit tanquam tu, et in domesticis tuis fiducialiter aget* (nimium scilicet sibi arrogans in domo et bonis alienis); *si humiliatus fueris, erit contra te, et a facie tua abscondet se.*

13. *Ab inimici tuis separare.* Ut prudentiæ est cavere inimicos, ita amicis nimium non confidere, nam et falsi amici sunt aliqui, et qui ex amico amarunt, aliquando mutata voluntate, inimici fiunt.

14. *Protectio fortis.* Græce, κραταιά, *tegmen*, vel *tegumentum forte*, præsidium, protectio. — *Qui invenit illum.* In græco est, ὁ δὲ εὑρὼν, quod est participium præteriti temporis. Ut etiam est præteriti, illud, *invenit thesaurum*, εὗρε θησαυρόν.

15. *Nulla est comparatio.* Græce, οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, *non est permutatio,* aut *commutatio*, quæ scilicet digna sit, aut æqualis. Nihil ei comparari potest ut æquivalens. — *Contra bonitatem fidei illius.* Quæ conferri possit cum pretio fidei ipsius.

16. *Amicus fidelis, medicamentum vitæ.* Nam fidelis amicus tam in corporis quam animi ægritudinibus amico adest, illumque opere et consilio juvat. — *Et immortalitatis.* Sic Prov. 15, 4, *lingua placabilis* appellatur *lignum vitæ*, quia nimirum amicus ope, et præsertim consilio salutaria suggerendo, amici vitam facit diuturniorem aut a periculis avertendo, aut detergendo mœrores, qui terminum vitæ contractiorem faciunt; aut a vitiis deterrendo, per quæ immortalem illam beatamque vitam amittimus.

17. Autant que l'homme craint le Seigneur, autant sera-t-il heureux en amis, parce que son ami lui sera semblable.

18. Mon fils, dès votre premier âge, aimez à être instruit : et vous acquerrez une sagesse qui vous durera jusqu'à la vieillesse.

19. Approchez-vous de la sagesse comme celui qui laboure et qui sème : et attendez en paix ses excellents fruits.

20. Vous travaillez un peu à la cultiver, et vous mangerez bientôt de ses fruits.

21. Que la sagesse est amère aux personnes indociles ! l'insensé ne demeurera point avec elle.

22. Elle sera à son égard comme ces pierres pesantes qui servent à éprouver la force des hommes, et il cherchera bientôt à s'en décharger.

23. Car la sagesse qui rend l'homme intelligent selon le nom qu'elle porte, n'est pas découverte à plusieurs : (mais dans ceux à qui elle est connue, elle demeure ferme jusqu'à ce qu'elle les conduise à la vue de Dieu.)

17. Qui timet Deum, æque habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.

18. Fili, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam.

19. Quasi is qui arat, et seminat, accede ad eam, et sustine bonos fructus illius ;

20. In opere enim ipsius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius ;

21. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, et non permanebit in illa excors.

22. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non demorabuntur projicere illam.

23. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta; quibus autem cognita est, permanet usque ad conspectum Dei.

22. *Quasi lapidis virtus.* Il y avait dans les villes de Palestine de ces grosses pierres sur lesquelles les hommes s'exerçaient et éprouvaient leur force. Il en est parlé dans Zacharie, XII, 3. L'*Ecclésiastique* veut dire que, pour l'insensé, il en est de la sagesse comme de ces grosses pierres. Il en approche, mais ne se sentant pas de force à les vaincre, il les rejette.

17. *Qui timet Deum.* Qui pii sunt, justi ac timentes Deum, constantem ac fidelem amicitiam cum Deo colunt, idque illis retribuit Dominus, ut quando ipsi fideles amici sunt Deo, ita et quos ipsi habent amicos inter homines, eos experiantur fideles et in amore perseverantes. — *Quoniam secundum illum erit amicus illius.* Ut se ipse cum Deo gesserit, talem erga se amicum experietur. Palacius putat sensum esse, unumquemque cum paribus et ejusdem ingenii et studii amicitias copulare, et ex uno amico de altero compari conjecturam prudenter capi posse, et intelligi qualis sit.

18. *Usque ad canos invenies sapientiam.* Sensus est : cum canus et senex fueris, tunc tandem sapientiam invenies. ' Vel, semper et usque ad senectutem proficere poteris in sapientia. Vel sapientia, quam inveneris, te usque ad canos et senectutem comitabitur, tibi adhærescet, nunquam te deseret. Priori explicationi videntur favere quæ sequuntur.

19. *Quasi is qui arat.* Quemadmodum agricolæ patienter expectant dum semina terris commissa germinent, crescant et maturescant; ita sapientiæ studiosi patienter ferre debent si ea non tam cito provenit, aut fructus suos producit : similem sententiam habes Jacob. 5, 7 : *Ecce agricola.*

20. *Cito edes de generationibus illius.* Hoc plus habent sapientiæ fructus quam li qui ex terra percipiuntur ab agricolis, quod hi nonnisi sero colliguntur; sapientia vero statim aliquos edit, licet perfectos et consummatos nonnisi post longum tempus, ut dictum est n. 18 et 19.

21. *Indoctis hominibus.* Insipientibus, imprudentibus, qui non rationem, sed concupiscentiam sequuntur. — *Et non permanebit in illa excors. Non patientur eam accordes*, ut vertit syrus.

22. *Quasi lapidis virtus probatio erit in illis.* Lapidis virtus est illius fortitudo et gravitas. Sensus ergo est : quemadmodum ignavus, aut qui infirmis est viribus, cum lapidem movere tentat, si gravis sit, animum despondet et ab incepto desistit; ita qui difficultates in paranda sapientia experitur, abjicit eam. Græce est, ὡς λίθος δοκιμασίας ἰσχυρὸς ἔσται ἐπ' αὐτῷ, *sicut lapis probationis fortis*, id est, gravis, *erit super ipso.* Allusum videtur ad discos, aut alios hujusmodi lapides, de quibus movendis aut jaciendis inter juvenes aut viros contentio exoritur, qui propteren probationis dicuntur, quia illis unusquisque suas aliorumque vires probet et explorat. ' Vide Zachar., 12, 3.

23. *Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus.* Est obscura et paucis manifesta, ut ejus nominis etymon ostendit. Id verum est non tantum apud Græcos, apud quos σοφία, quasi ζοφία, dicitur a tenebris et caligine, sed etiam apud Hebræos. Patet hoc in aliquibus sapientiæ aut scientiæ nominibus in lingua illa. Primum sit עלם *hâlam*, Arabum (est autem lingua arabica hebraicæ cognata, et quasi illius dialectus) cujus radix est, עלם *halam*, abscondit. Secundum, מהגים *magim, magia*, sapientia magia recondita, a radice הגה *hagah*, meditari, disquirere, scrutari, quod facimus in rebus absconditis, obscuris, difficilibus. Tertium, תלמוד *talmud*, doctrina, cujus vocis radix למד *lamad*, aliquibus affinitatem quamdam habere visa est cum עלם *halam*, abscondit, de qua paulo ante diximus. Quartum et præcipuum sapientiæ nomen est חכמה *chocma*, quod simile est, et alludit ad אוחמה *ochma*, quæ duæ voces significant, *o quantum!* vel *heu quantum!* quasi dicas : O quantum laboris et doloris est exhauriendum in paranda sapientia ! Neo obstat quod prima littera vocis *chocma*, sit *chet*, non *aleph*; nam hæ duæ litteræ sunt aspirationes; quæ facile inter se commeant et mutantur. Addi potest fortasse vocem חכמה *chocma* alludere ad חוה *choc*, quæ dictio spinam asperrimam significat, quasi sapientia difficultatum spinis obsita sit et arduam. Tamenius facile sic explicat : *Sapientia est secundum nomen ejus*, hoc est, eam rem arduam esse et difficilem, et magno labore, studio ac sudore parari.

24. Audi fili, et accipe consilium intellectus, et ne abjicias consilium meum.

25. Injice pedem tuum in compedes illius, et in torques illius collum tuum;

26. Subjice humerum tuum, et porta illam, et ne acedieris vinculis ejus.

27. In omni animo tuo accede ad illam, et in omni virtute tua conserva vias ejus.

28. Investiga illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam.

29. In novissimis enim invenies requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem.

30. Et erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis, et bases virtutis, et torques illius in stolam gloriæ.

31. Decor enim vitæ est in illa, et vincula illius alligatura salutaris.

32. Stolam gloriæ indues eam, et coronam gratulationis superpones tibi.

33. Fili, si attenderis mihi, disces; et si accommodaveris animum tuum, sapiens eris.

34. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam; et si dilexeris audire, sapiens eris.

35. *a.* In multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire, et proverbia laudis non effugiant a te. [*a Infr.* 8. 9.]

24. Ecoutez, mon fils, recevez un avis sage, et ne rejetez point mon conseil.

25. Mettez vos pieds dans le fer de la sagesse, et engagez votre cou dans ses chaînes.

26. Baissez votre épaule, et portez-la; et ne vous ennuyez point de ses liens.

27. Approchez-vous d'elle de tout votre cœur, et gardez ses voies de toutes vos forces.

28. Cherchez-la avec soin, et elle vous sera découverte; et quand vous l'aurez une fois embrassée, ne la quittez point.

29. Car vous y trouverez à la fin votre repos, et elle se changera pour vous en un sujet de joie.

30. Ses fers deviendront pour vous une forte protection, (et un ferme appui); et ses chaînes un habillement de gloire.

31. Car il y a dans elle une beauté qui donne la vie; et ses liens, sont des bandages qui guérissent.

32. Vous vous revêtirez d'elle comme d'un habit de gloire, et vous la mettrez sur vous comme une couronne de joie.

33. Mon fils, si vous m'écoutez avec attention vous serez instruit; et si vous appliquez votre esprit vous acquerrez la sagesse.

34. Si vous prêtez l'oreille, vous recevrez l'instruction; et si vous aimez à écouter vous deviendrez sage.

35. Trouvez-vous dans l'assemblée des vieillards, et unissez-vous de cœur à leur sagesse, afin que vous puissiez écouter tout ce qu'ils vous diront de Dieu : et que vous ne laissiez perdre aucune de leurs excellentes paraboles.

24. *Consilium intellectus.* Consilium sapiens et prudens.

25. *Torques.* Numellas, vincula quibus collum includitur : hoc enim significat vox græca κλοιόν. Honestissimum vero est esse sapientiæ mancipium, illiusque servitus non pudenda, sed optanda. Vulgatus bene dixit torques, vincula enim collum torquent.

26. *Porta.* Quidquid in paranda sapientia grave est et onerosum. — *Ne acedieris.* Ne acedia, tristitia, impatientia afficiaris propter vincula illius. Vide supra, c. 4, n. 9.

27. *Virtute.* Græce, δυνάμει, potentia, vi, robore.

28. *Continens factus.* Græce, ἐγκρατὴς γενόμενος, compos illius factus; illam adeptus.

29. *Invenies requiem in ea.* Tandem erit tibi suavis, et placido in ea quiesces, licet prius molestiam aliquam ceret, de qua paulo ante dictum.

30. *Bases virtutis.* Roboris, hoc est, robustas. Quasi dicat : Firmabunt tuos pedes et gressus, ut solidæ bases columnas illis innixas.

31. *Decor... alligatura salutaris.* Vitæ honestamentum. — *Alligatura salutaris.* Qualem medici vulnerato, aut luxato membro adhibent. In græco est, χλωρὰ ὑακίνθινον, *filum ex hyacintho.* Quod fortasse nobilitatis, aut publici muneris insignæ fuit aut certe, ut torques, corporis ornamentum. Videtur etiam allusum ad vittas hyacinthinas quas in fimbriis vestium gestare Judæos jussit Dominus, Numer. 15, 38; ex illis enim Israelitæ dignoscebantur a gentibus, et ornabantur tanquam populus Deo et sapientiæ dicatus.

32. *Stolam gloriæ indues eam.* Id est, induetis sapientia quasi stola gloriæ. — *Coronam gratulationis.* Græce ἀγαλλιάματος, *exultationis*, quæ scilicet te præ gaudio exilire faciat, quam cum fueris consecutus, tibi gratuleris et gaudeas in sinu tuo.

33. *Si attenderis mihi.* Si me audiveris et consiliis meis obtemperaveris. Quod idem sequenti hemistichio repetitur, *et si accommodaveris*, etc.

35. *Presbyterorum prudentium.* Seniorum sapientium; neque enim senes omnes prudentes sunt. — *Sta.* Versare. — *Narrationem Dei.* De rebus divinis, aut de sacris litteris, aliisque ad religionem et componendos mores spectantibus. — *Proverbia laudis.* Παροιμίαι συνέσεως, adagia et proverbia scita et docta. Videtur noster interpres legisse αἰνέσεως.

36. Si vous voyez un homme sensé, allez le trouver dès le point du jour; et que votre pied presse souvent le seuil de sa porte.

37. Appliquez toute votre pensée à ce que Dieu vous ordonne, et méditez sans cesse ses commandements: et il vous donnera lui-même un cœur *docile*, et la sagesse que vous désirez vous sera donnée.

36. Et si videris sensatum, evigila ad eum, et gradus ostiorum illius exterat pes tuus.

37. *a* Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, et in mandatis illius maxime assiduus esto; et ipse dabit tibi cor, et concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. [a 1. *Ps.* 2.]

CHAPITRE VII.

S'abstenir du mal. Ne point rechercher les dignités. Haïr le mensonge. S'appliquer au travail. Etre fidèle à ses amis, attaché à sa femme, doux envers les domestiques. Instruire ses enfants. Honorer ses parents. Rendre aux prêtres ce qui leur est dû. Se souvenir de sa dernière fin.

1. Ne faites point de mal, et le mal ne vous surprendra point.

2. Retirez-vous de l'injuste, et le péché se retirera de vous.

3. Mon fils, ne semez point les maux dans les sillons de l'injustice, de peur que vous n'en recueilliez sept fois autant.

4. Ne demandez point au Seigneur la charge de conduire les autres, ni au roi une chaire d'honneur.

5. Ne vous justifiez pas devant Dieu, (parce que c'est lui qui connaît le fond du cœur); et n'affectez point de paraître sage devant le roi.

6. Ne cherchez point à devenir juge, si vous n'avez assez de force pour rompre tous les efforts de l'iniquité, de peur que vous ne soyez intimidé par la considération des hommes puissants, et que vous ne mettiez votre intégrité au hasard de se corrompre.

7. N'offensez point toute la multitude d'une ville, et ne vous jetez point dans la foule.

1. Noli facere mala, et non te apprehendent.

2. Discede ab iniquo, et deficient mala abs te.

3. Fili, non semines mala in sulcis injustitiæ et non metes ea in septuplum.

4. Noli quærere a domino ducatum, neque a rege cathedram honoris.

5. *a* Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est; et penes regem noli velle videri sapiens. [a *Job.* 9. 2-20. *Ps.* 142. 2. *Eccles.* 7. 17. *Luc.* 18. 11.]

6. Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates; ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in æquitate tua.

7. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum.

CAP. VII. — 1. *Noli facere mala, et non te apprehendent.* C'est ce que Dieu dit à Caïn (Gen. IV, 7) : *Nonne si bene egeris, recipies : sin male, in foribus peccatum aderit?* Chacun sera traité selon ses œuvres.

2. *Deficient mala abs te.* Le mot *mala*, que le P. de Carrières traduit ici par le péché, peut s'entendre de la peine du péché.

36. *Evigila ad eum.* Primo diluculo, id est, studiose et assidue perge ad illum audiendum. 37. *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei.* Hoc est, quod de viro justo dicitur Psalm. 1, n. 2 : *Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* — *Dabit tibi cor.* Mentem constam, sapientem, constantem, etc. — *Et concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.* Quanto enim quis magis in sapientia proficit, tanto plus illius perfectius potiundæ desiderio accenditur.

CAP. VII. — 1. *Noli facere mala.* Peccata, quæ sunt mala culpæ. — *Et non te apprehendent.* Mala scilicet pœnæ.

2. *Discede ab iniquo.* Homine, vel ab iniquitate, ab eo scilicet quod iniquum est. — *Deficient mala abs te.* Multa vitabis mala, incommoda, pericula, damna.

3. *Non semines mala in sulcis injustitiæ.* Ager noster est cor nostrum ac voluntas nostra, quam tunc sulcis injustitiæ exaramus, cum illi imprimimus malos habitus; tunc seminamus, cum prava desideria iis quodammodo injicimus. — *Metes ea in septuplum.* Quia vitiorum prava messis facile admodum succrescit, et pœnarum etiam quæ culpam subsequuntur, magnum secum proventum affert; pro exigua enim delectatione doloris plurimum reponditur.

4. *Ducatum.* Principatum. — *Cathedram honoris.* Magistratus, dignitatum insignia, reipublicæ administrationem, etc., qui enim ista petunt, præterquam quod ambitiosi sunt, aliorum etiam odiis et obloquutionibus expositi sunt, et magno se onere gravant conscientiæ.

5. *Non te justifices ante Deum.* Affert causam cur a Deo ducatus postulandus non sit, quia scilicet qui a Deo postulat, se justum et idoneum ad illud munus profitetur. Quis autem hoc facere audeat coram Deo, qui occulta nostra vitia novit, et cujus oculos nihil latet? — *Penes regem noli velle videri sapiens.* Quod ambitiosi faciunt, qui honoris cathedras sapientibus debitas ambiunt, quorum sapientia quam jactant, experimento tentata, exigua, aut nulla interdum apparet cum eorum dedecore et ignominiæ nota.

6. *Irrumpere iniquitates.* Græce, ἐξάραι, tollere, profligare, extirpare. — *Ponas scandalum in æquitate tua.* Tibi ipsi, quærendo magistratum, impedimentum objicias quod te ab æquitate et justitia avertat ac declinare faciat.

7. *Non pecces in multitudinem civitatis.* Cavendum judici, magistratui, ne totam in se civitatem irritet, ostendendo, v. g., malam se de omnibus habere opinionem, aut alia simili

8. *a* Neque alliges duplicia peccata; nec enim in uno eris immunis. [a *Infr.* 12. 7.]

9. Noli esse pusillanimis in animo tuo:

10. Exorare, et facere eleemosynam ne despicias.

11. Ne dicas : In multitudine munerum meorum respiciet Deus, et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.

12. Non irrideas hominem in amaritudine animæ; *a* est enim qui humiliat et exaltat, circumspector Deus. [a *I. Reg.* 2. 7.]

13. Noli arare mendacium adversus fratrem tuum; neque in amicum similiter facias.

14. Noli velle mentiri omne mendacium; assiduitas enim illius non est bona.

15. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, et non iteres verbum in oratione tua.

16. Non oderis laboriosa opera, et rusticationem creatam ab Altissimo.

17. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum.

8. Ne serrez point deux fois le nœud du péché, car un seul que vous commettrez ne demeurera pas impuni.

9. Que votre cœur ne se laisse point aller à l'abattement.

10. Ne négligez point de prier et de faire l'aumône.

11. Ne dites point : Dieu regardera favorablement le grand nombre de dons que je fais; et lorsque j'offrirai mes présents au Dieu très-haut, il les recevra.

12. Ne vous moquez point d'un homme dont l'âme est dans l'amertume; car il y a un Dieu qui voit tout, et c'est lui qui élève et qui humilie.

13. Ne travaillez point à inventer des mensonges contre votre frère, et n'en inventez point non plus contre votre ami.

14. Donnez-vous de garde de commettre aucun mensonge; car l'accoutumance de mentir n'est pas bonne.

15. Ne vous répandez point en de grands discours dans l'assemblée des anciens, et ne répétez point la parole de vos prières.

16. Ne fuyez point les ouvrages laborieux ni le travail de la campagne, qui a été créé par le Très-Haut.

17. Ne vous mettez point au nombre des gens déréglés.

8. *Neque alliges s.* Le Grec dispose autrement ces quatre versets (8-11), et n'en forme que trois de cette manière : N'ajoutez point péché sur péché; car un seul que vous commettrez ne demeurera pas impuni. Ne dites point : Dieu regardera la multitude de mes dons, et lorsque j'offrirai mes présents au Très-Haut, il les recevra. Que votre cœur ne se laisse point aller à l'abattement dans votre prière, et ne négligez point de faire l'aumône.

17. *Non te reputes.* Ces trois versets (17-19) sont disposés autrement dans le Grec : Ne vous mettez point dans la multitude des pécheurs, *des gens déréglés.* Humiliez profondément votre âme. Souvenez-vous que la colère ne tardera pas et que le feu et les vers seront le supplice de l'impie.

ratione. Jure enim offenduntur cives, cum semper aliqui sint, aut etiam multi a scelere integri et virtutis cultores, quos aut verbo perstringi, aut alia ratione violari nefas sit. — *Nec te immittas in populum.* Cum scilicet concitatus est et furit. Populus ut irritandus non est, ita ab irritato cavendum, ne doloron et furorem in caput tuum effundat.

8. *Neque alliges duplicia peccata.* Peccatis privati peccata magistratus cumulando. Vel, si semel per imprudentiam, aut aliquam animi perturbationem lapsus es, cave ne iterum ad eumdem lapidem impingas; erit enim secundus error pejor priore et magis noxius. — *Nec enim in uno eris immunis.* Ne geminies culpam, quia geminabis et pœnam; nullum enim peccatum a pœna immune esse potest.

9. *Noli esse pusillanimis in animo tuo.* Si peccasti, saltem in excutiendo peccato et a te amoliendo fortis esto, non pusillanimis, non remissus.

10. *Exorare, et facere eleemosynam ne despicias.* Precibus enim et eleemosynis propitiatur numen, et redimuntur peccata.

11. *In multitudine munerum.* Sacrificiorum, victimarum, oblationum. Dixerat sapiens pusillanimitatem fugiendam versiculis superioribus, jam monet ne nimium confidamus cum animo nostro dicentes : Etiamsi peccata peccatis addidero, tamen sacrificiis et muneribus ea expiabo.

12. *Non irrideas hominem in amaritudine.* In afflictione, dolore, mœstitia, angustiis. — *Est enim qui humiliat, et exaltat.* Quasi dicat : Memor fortunæ, et sortis humanæ, et vicissitudinum, quibus mortales sunt obnoxii.

13. *Arare mendacium.* Fabricare, concinnare.

14. *Omne mendacium.* Nullum proferas mendacium. *Non est bona.* Est mœsis, minus enim dicitur quam significatur. Sensus enim est, esse valde malam consuetudinem assiduitatemque mentiendi.

15. *Non iteres verbum in oratione.* Græce, ἐν παρεσυγῇ, in oratione qua Deum precaris. Hoc est quod docuit Christus, Matth. 6, 7 : *Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Clamandum ergo potius affectu quam voce, cavendaque futilis battologia, præsertim ex infidelitate, ut si quis existimaret Deum sic melius postulata nostra percipere. Alioqui laudabilis Ecclesiæ consuetudo et usus fidelium, qui ex abundantia devotionis, et ad excitandum spiritum easdem preces repetunt.

16. *Rusticationem.* Agriculturam. — *Creatam ab Altissimo.* A Deo institutam; *tulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis ut operaretur et custodiret illum.* Genes., 2, 15.

17. *Non te reputes.* Græce, προσλογίζου, computes, annumeres, associes, adjungas, vel computari annumerarive permittas. — *Indisciplinatorum.* Vel, ut in græco est, *peccatorum.*

18. Souvenez-vous que la colère *de Dieu* ne tardera pas longtemps à venir.

19. Humiliez profondément votre esprit; parce que (la chair de) l'impie, sera la pâture du feu et des vers.

20. Ne violez point la foi que vous devez à votre ami, parce qu'il diffère de vous donner de l'argent, et ne méprisez pas pour de l'or votre frère qui vous aime sincèrement.

21. Ne vous éloignez point de la femme sensée et vertueuse (que vous avez reçue dans la crainte du Seigneur) : car la grâce de sa modestie est plus précieuse que l'or.

22. Ne traitez point mal le serviteur qui travaille fidèlement, ni le mercenaire qui se donne tout pour vous.

23. Que le serviteur qui a du sens vous soit cher comme votre âme : ne lui refusez pas la liberté qu'il mérite; (et ne le laissez pas tomber dans la pauvreté.)

24. Avez-vous des troupeaux? ayez-en soin : et s'ils vous sont utiles, qu'ils demeurent toujours chez vous.

25. Avez-vous des fils? instruisez-les bien; et accoutumez-les au joug dès leur enfance.

26. Avez-vous des filles? conservez leurs corps; et ne vous montrez pas à elles avec un visage gai.

27. Mariez votre fille, et vous aurez fait une grande affaire, et donnez-la à un homme de bon sens.

28. Si vous avez une femme selon votre cœur, ne la quittez point; et ne vous fiez point à celle qui est mauvaise.

18. Memento iræ, quoniam non tardabit.

19. Humilia valde spiritum tuum; quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.

20. Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreveris.

21. Noli discedere a muliere sensata et bona quam sortitus es in timore Domini; gratia enim verecundiæ illius super aurum.

22. *a* Non lædas servum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. [a *Levit.* 19. 13.]

23. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.

24. Pecora tibi sunt? attende illis; et si sunt utilia, perseverent apud te.

25. Filii tibi sunt? erudi illos, et curva illos a puerilia illorum

26. Filiæ tibi sunt? serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.

27. Trade filiam, et grande opus feceris, et homini sensato da illam.

28. Mulier si'est tibi secundum animam tuam, non projicias illam; et odibili non credas te. In toto corde tuo.

20. *Noli prævaricari in amicum.* Le Grec porte : Ne changez point votre ami contre une somme d'argent, ni votre propre frère contre l'or d'Ophir, contre l'or le plus pur; c'est-à-dire, ne vous separez pas de votre ami ou de votre frère pour quelque intérêt temporel que ce puisse être.

18. *Memento iræ.* Vindictæ sciliect peccatorum.

19. *Vindicta carnis, impii ignis et vermis.* Vindex ira Dei in carnem peccatoris sæviet per ignem et vermes. Periculum tam grande evadit humilitas, qua se quis Deo et legibus ejus subjicit.

20. *Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem.* Differe Latinis nonnunquam est in varias partes ferre, distrahere, avertere. Sensus ergo commodus nostræ vulgatæ editionis esse potest : ne offendaris si amicus tuus pecunias aut lucrum a te avertat, præsertim si malis artibus non grassetur. Græca correcta vaticana habent, μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν ἀδιαφόρου, *ne mutes amicum propter rem adiaphoram, indifferentem*, qualis est pecunia. Vel per rem indifferentem, intelligit rem parvi momenti, quam sive habeas, sive illa careas, parum refert. Et huic interpretationi favent quæ sequuntur, *neque fratrem charissimum auro spreveris*, quasi dicat : Tenax sit amicitiæ, nec ulla res sive parva sit, sive magna et pretiosa, ut aurum, amicum a te divellat.

21. *Gratia enim verecundiæ illius super aurum.* Si mulier sensata sit et verecunda, pluris eam facito quam aurum.

22. *Non lædas servum.* Ne affligas nimium duriter tractando, aut laboribus atterendo. — *In veritate.* Fideliter : — *Mercenarium dantem animam suam.* Se tibi totum impendentem, et qui se nonnunquam vitæ discrimini tua causa objicit.

* 23. *Libertate.* Debita ex præscripto legis, suo tempore debita. Vide Exod. 21, 2. — *Neque inopem derelinquas illum.* Juxta legem Deut. 15, 13, in qua dicitur : *Quem libertate donaveris, nequaquam vacuum abire patieris; sed dabis viaticum.*

* 24. *Pecora.* Κτήνη, quæ vox omnia animantia terrestria præter hominem comprehendit. Videntur autem hic proprie significari animantia quorum opera utimur, ut equi, boves cameli. — *Attende illis.* Græce, ἐπισκέπτου αὐτά, *Visita illa, inspice.* — *Et si sunt utilia, perseverent apud te.* Aliqui si inutilia facta sint, aut vendo illa, aut macta, et in cibum usumque familiæ converte.

25. *Curva illos.* Doma, illorum cervicem curva, ut parere condiscant, et ut bonum contrahant habitum perpetuo mansurum.

26. *Serva corpus illarum.* Longe remotis omnibus morum corruptelis. — *Et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Ut severitate vultus et timore a levitate coercentur.

27. *Trade filiam.* Nuptui sciliect cum ad nubiles annos pervenerit. — *Grande opus feceris.* Ingenti te cura levaveris.

28. *Mulier.* Uxor, Γυνή, quæ vox Græcis mulierem et uxorem significat. — *Secundum animam tuam.* Qualem anima tua, ut desideras. — *Non projicias illam.* Dato libello repudii. —

29. Honora patrem tuum, et gemitus matris tuæ ne obliviscaris; [a *Tob.* 4. 3.]

30. Memento quonium nisi per illos natus non fuisses; et retribue illis, quomodo et illi tibi.

31. In tota anima tua time Dominum, et sacerdotes illius sanctifica.

32. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit; et ministros ejus ne derelinquas.

33. *a* Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes, et propurga te cum brachiis. [a *Deut.* 12. 18.]

34. Da illis partem, *a* sicut mandatum est tibi, primitiarum et purgationis; et de negligentia tua purga te cum paucis. [a *Levit.* 2. 3. *Num.* 18. 15.]

35. Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offeres Domino, et initia sanctorum;

36. Et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio et benedictio tua.

29. Honorez votre père de tout votre cœur, et n'oubliez point les douleurs de votre mère.

30. Souvenez-vous que vous ne seriez point né sans eux; et faites tout pour eux, comme ils ont tout fait pour vous.

31. Craignez le Seigneur de toute votre âme, et ayez de la vénération pour ses prêtres.

32. Aimez de toutes vos forces celui qui vous a créé, et n'abandonnez point ses ministres.

33. Honorez Dieu de toute votre âme, révérez les prêtres, (et purifiez-vous par le travail de vos mains.)

34. Donnez-leur leur part des prémices et des hosties d'expiation, comme il vous a été ordonné; (et purifiez-vous de vos négligences avec le petit nombre.)

35. Offrez au Seigneur les épaules des victimes, et les sacrifices de sanctification, et les prémices des choses saintes.

36. Ouvrez votre main au pauvre, afin que votre sacrifice d'expiation et votre offrande soit entièrement parfaite.

33. *Propurga te cum brachiis* On peut entendre avec Bossuet, et le P. de Carrières : Purifiez-vous en leur offrant les fruits de la terre que vous avez cultivée par le travail de vos mains. Ou bien : En leur offrant les épaules des victimes qui leur sont destinées par la loi (Ex., XXIX, 28; Lev., VII, 32; Num., XVIII, 18; Cf. plus bas, vers. 35).

34. *Da illis partem.* Donnez au prêtre la part qui lui est due, comme il vous a été ordonné, les prémices et les hosties pour le péché. Donnez-lui les épaules des victimes pacifiques; les sacrifices de sanctification; c'est-à-dire, les choses sanctifiées et consacrées au Seigneur et les prémices des choses saintes, c'est-à-dire les choses offertes et élevées au Seignour. Voyez au livre des *Nombres*, chapitre XVIII, où sont détaillés les droits des prêtres.

Odibili. Ob pervicaciam, garrulitatem, insuaves mores, aut etiam improbos. — *Non credas te.* Græce, μὴ ἐάσῃς σεαυτόν, ne tradas te ipsum in maritum. Si aliquam odibilem esse noveris, aut suspicatus fueris, illam in thori tui communionem non assumas, opibus fortasse illectus.

29. *Gemitus matris tuæ.* Quos in te gestando in utero, lactando, educando toleravit.

30. *Retribue illis, quomodo et illi tibi.* Quemadmodum ipsi tibi bona tribuerunt, ita tu illis bona vicissim rependo.

31. *Sanctifica.* Græce, θαύμαζε, suspice, admirare, hoc est, revereor.

32. *Eum qui te fecit.* Creatorem tuum. — *Ministros ejus ne derelinquas.* Sacerdotes ejus, primitiis, decimis, oblationibus ale et sustenta.

33. *Propurga te cum brachiis.* Quasi dicat : Oblationis brachiorum, id est, quas brachiis et manibus tuis offers, purga et expia peccata tua. Ita Rabanus, Lyra, Palacius. Vel sensus est, purga peccata tua offerendo brachia dextra, id est, armos dextros victimarum; hi enim simul cum pectusculo ex victima debebantur sacerdoti in sacrificio pacifico. Levit. 7, 31; et licet sacrificium pacificum primario non purgaret peccata, sed tantum offerretur pro pace, id est, incolumitate et salute domus vel reipublicæ, constanter tamen et secundario offerebatur quoque pro purgatione peccatorum; pacem enim cum Deo et salutem habere non possumus, nisi habeamus ejus gratiam; gratiam autem habere nequimus, nisi a peccatis purgemur.

34. *Da illis partem... primitiarum.* Sub primitiis etiam decimas intellige. — *Sicut mandatum est tibi.* Levit. 2, 3; Num. 18, 15. — *Et purgationis.* Vel intelligit victimas pro purgatione leprosi, mensruatæ, aut alia ratione immundi, lege veteri præceptas, ut vult Jansenius. Vel intelligit portionem victimarum quæ pro purgatione peccati offerebantur. — *De negligentia tua.* Delicto ignoranter, imprudenter, aut per oblivionem admisso. — *Purga te cum paucis.* Paucis præsentibus, ut operiens peccatum tuum coram paucis melius consulas famæ tuæ, nec illos scandalizos. Alii τὸ *paucis* explicant de paucitate victimarum, quasi diceres : Paucis victimis et sumptibus te purga si pauper es, nec habes multa et magna quæ offeras. Sic Rabanus, Jansenius, Emman. Sa.

35. *Datum brachiorum tuorum.* Armorum sciliect dexterorum, qui sacerdoti debebantur, ut dixi n. 33. — *Sacrificium sanctificationis.* Vel intelligit holocaustum quod totum sanctificatur Domino; vel sacrificia quæ offerebant Hebræi cum se in Nazaræos ad tempus vel perpetuo consecrabant et sanctificabant; vel quodcumque sacrificium votivum rei Deo promissione sanctificatæ et consecratæ. — *Et initia sanctorum.* Græce, ἀπαρχὴν ἁγίων, *primitias sanctorum*; ubi notat illud *sanctorum* neutrum esse, non masculinum, quasi dicat : Rerum sanctarum. Sermo est, vel de decimis decimarum præceptis Deut. 14, 22 : vide dicta 12, 17 : vel de donis et oblationibus pro templo, hoc est, pro ejus sartatectis, ornatu, vasis, supellectili, panibus, oleo, etc. Nam *sanctum*, vel in plurali *sancta*, templum sive tabernaculum dicitur ob eximiam ejus sanctitatem. Et Hebræi omnia dona et oblationes quæ Deo offeruntur, primitias appellant.

36. *Et pauperi porrige manum tuam.* Non sacerdotibus tantum beneficiendum, illis dando primitias, etc., sed communibus etiam pauperibus largiendum. — *Ut perficiatur.* Perfecta sit et absoluta — *Propitiatio*, Qua tibi Deum propitium reddis. — *Et benedictio tua.* Beneficentia, liberalitas, largitas tua.

37. La libéralité est agréable à tous ceux qui vivent : et n'empêchez pas qu'elle s'étende sur les morts.

38. Ne manquez pas à consoler ceux qui sont dans la tristesse ; et pleurez avec ceux qui pleurent.

39. Ne soyez point paresseux à visiter les malades ; car c'est ainsi que vous vous affermirez dans la charité.

40. Souvenez-vous dans toutes vos actions, de votre dernière fin, et vous ne pécherez jamais.

37. Gratia dati in conspectu omnis viventis, et mortuo non prohibeas gratiam.

38. *a* Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula. [a *Rom.* 12. 15.]

39. *a* Non te pigeat visitare infirmum; ex his enim in dilectione firmaberis. [a *Matth.* 25. 36.]

40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis.

CHAPITRE VIII.

Ne point avoir de démêlé avec un homme puissant. Ne point faire de reproches à celui qui se corrige. Écouter les sages et les vieillards. Ne point imiter les passions des méchants. Ne pas découvrir son secret à un étranger.

1. N'ayez rien à démêler avec un homme puissant, de peur que vous ne tombiez entre ses mains.

2. Ne disputez point avec un homme riche, de peur qu'il ne vienne à vous faire un procès.

3. Car l'or et l'argent en ont perdu plusieurs ; et leur pouvoir s'étend même jusqu'au cœur des rois pour les faire pencher où l'on veut.

4. Ne disputez pas avec un grand parleur, et ne mettez pas davantage de bois dans son feu.

5. N'ayez point de commerce avec un homme mal instruit, de peur qu'il ne parle mal de votre race.

6. Ne méprisez point un homme qui se retire du péché, et ne lui en faites point de reproches; souvenez-vous que nous avons tous mérité le châtiment.

7. Ne méprisez point un homme dans sa vieil-

1. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.

2. *a* Non contendas cum viro loquelæ, ne forte contra te constituat litem tibi : [a *Matth.* 25. 25.]

3. *a* Multos enim perdidit aurum et argentum, et usque ad cor regum extendit et convertit. [a *Infr.* 31. 6.]

4. Non litiges cum homine linguato, et non strues in ignem illius ligna.

5. Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.

6. Ne despicias hominem avertentem se a peccato, *a* neque improperes ei; memento quoniam omnes in correptione sumus. [a *II. Cor.* 2. 6. *Gal.* 6. 1.]

7. *a* Ne spernas hominem in sua se-

37. *Et mortuo non prohibeas gratiam.* Rendez-leur les derniers devoirs, portez sur leurs tombeaux des viandes pour les pauvres et les passants (Tob., IV, 18), et faites des offrandes dans le temple pour le repos de leur âme, comme on le voit (II. Mach., XII, 43).

CAP. VIII. — 1. *Ne litiges cum homine potente.* D'après le Sage, il y a un certain nombre d'hommes avec lesquels il ne faut pas avoir d'affaires; ce sont les riches et les puissants, les grands parleurs et les méchants qui ne craignent pas de recourir à la calomnie pour attaquer leurs adversaires.

37. *Gratia dati in conspectu omnis viventis.* Quasi dicat : Datum sive donum gratum est omni viventi. * Liberalitas hominem gratiosos facit, non tantum apud eos qui acceperunt, sed etiam apud alios. — *Et mortuo non prohibeas gratiam.* Gratia tua, beneficentia et liberalitas etiam ad mortuos perrigatur per eleemosynas et sacrificia, etc.

38. *Et cum lugentibus ambula.* Flendum cum flentibus, ut monet S. Paulus Rom. 12. 15.

39. *In dilectione firmaberis.* Amaberis, ut habent græca, ἀγαπηθήσῃ, diligeris.

40. *Novissima tua.* Quæ te in fine manent : mortem, judicium, æternas pœnas aut gloriam.

CAP. VIII. — 1. *Ne forte incidas in manus illius.* Ne succumbas.

2. *Constituat litem tibi.* Græce, *ne forte constituat contra te pondus.* Ne te gravet et opprimat potentia et divitiis, testes aut judices iniquos pecuniis contra te subornet, et efficiat ut in contrariam tibi partem inclinent posito auri pondere, ad eum modum quo bilances in eam inclinantur partem quæ majori pondere gravata est.

3. *Et usque ad cor regum extendit.* Suam scilicet vim et efficacitatem. — *Et convertit,* Inflectit, mutat, ut justitiam deserant.

4. *Et non strues in ignem illius ligna.* Si litiges cum linguato, perinde facis ac si ligna igni suggeras, majus enim excitatur incendium contentionum.

5. *Homini indocto.* Græce, ἀπαιδεύτῳ, id est, indisciplinato. — *Ne male de progenie tua loquatur.* Ne si quod dedecus est aut macula generis tui, illo tibi objiciat.

6. *Neque improperes ei.* Peccata scilicet prius admissa, quorum illum modo pœnitet, et a quibus avertit se. — *In correptione.* In peccato, propter quod et nos ipsi corripere debemus, et ab aliis corripi meremur.

7. *Etenim ex nobis senescunt.* Quasi dicat : Senes prodeunt ex nobis, suntque nostræ ætatis et cœtus complementum et perfectio : et quæ modo tibi in sene aliquo videntur despicienda, aut ridenda, eadem illa tibi nisi præmoriaris, contingere possunt cum senueris.

nectute; etenim ex nobis senescunt. [a *Levit.* 19. 32.]

8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere; sciens quoniam omnes morimur, et in gaudium nolumus venire.

9. Ne *a* despicias narrationem presbyterorum sapientium, et in proverbiis eorum conversare; [a *Supr.* 6. 35.]

10. Ab ipsis enim disces sapientiam, et doctrinam intellectus, et servire magnatis sine querela.

11. Non te præteresat narratio seniorum; ipsi enim didicerunt a patribus suis;

12. Quoniam ab ipsis disces intellectum, et in tempore necessitatis dare responsum.

13. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.

14. Ne contra faciem stes contumeliosi ne sedeat quasi insidiator ori tuo.

15. *a* Noli fœnerari homini fortiori te; quod si fœneraveris, quasi perditum habe. [a *Inf.* 29. 4.]

16. Non spondeas super virtutem tuam; quod si spoponderis, quasi restituens cogita.

17. Non judices contra judicem; quoniam secundum quod justum est judicat.

18. *a* Cum audace non eas in via, ne

15. *Quasi perditum habe.* Le prêt dans les sociétés anciennes ne se faisait pas dans les mêmes conditions que dans nos sociétés modernes. Le prêteur n'était pas protégé par la loi, et le puissant abusait trop souvent de sa supériorité.

17. *Non judices contra judicem.* Le P. de Carrières ajoute : N'ayez point de procès avec lui, parce qu'il obtiendra son arrêt tel qu'il le voudra. C'est-le sens du Grec : Ne plaidez point contre un juge, car on le jugera selon sa pensée ou selon son désir.

18. *Cum audace non eas in via.* Ne vous engagez point avec ces personnes audacieuses qui entreprennent hardiment de conduire les âmes et qui se chargent avec joie d'un fardeau que les plus grands saints ont considéré comme une montagne prête de les accabler à moins que Dieu, qui les avait appelés à ces grandes charges ne les soutînt par sa main toute-puissante. Prenez garde que le mal qu'il commettra ne retombe sur vous, et lorsqu'il veut vous servir de guide, étant aveugle lui-même, ne vous aveuglez pas volontairement pour le suivre. Car il se conduira, non selon la lumière de Dieu, mais selon les égarements de sa passion. Vous vous mettrez en danger de périr avec lui par sa témérité présomptueuse et par votre crédulité indiscrète (Sacy).

8. *Et in gaudium nolumus venire.* Ægre ferimus si de morte nostra alii gaudeant.

9. *Presbyterorum.* Senum. — *In proverbiis eorum conversare.* Proverbia vocantur adagia, apologi, similitudines, apophthegmata, sententiæ et alia hujusmodi quibus hominum mores formantur, quæ frequenter in suis sermonibus usurpant senes.

10. *Doctrinam intellectus.* Prudentiam, qua quis intelligenter, id est, prudenter cum quibuslibet versetur et munia sua peragat. — *Magnatis.* Principibus, proceribus. — *Sine questela.* Græce, εὐμαρῶς, facilitet, dextre et cum prospero successu.

12. *Intellectum.* Prudentiam. — *Dare responsum.* Aptum, congruum, sapiens.

13. *Non incendas carbones peccatorum.* Peccatorum qui abstrahi omnino non vult a peccato ne arguas, ne tua correptio sit quasi flatus suscitans sopitum ignem et carbones accendens. — *Et ne incendaris flamma.* Ne ab illo irato et excandescente lædaris.

14. *Ne contra faciem stes contumeliosi.* Contra faciem stare, et rixari, jurgari. Italice dicimus, *contrastare.* — *Ne sedeat quasi insidiator ori tuo.* Ne ipse omnia tua verba observans, occasionem quærat te in verbo aliquo ad malum sensum detorto capiendi.

15. *Fœnerari.* Mutuo dare. Fœnus enim in bonam partem accipitur aliquando in Scriptura. — *Fortiori te.* Potentiori.

16. *Super virtutem tuam.* Supra vires tuas. — *Si spoponderis, quasi restituens cogita.* Sæpe enim fit ut fidejussores solvere ipsi cogantur.

17. *Non judices contra judicem.* Ne temere illum quasi injustum judices, cum causam latæ sententiæ ignores; neque enim quisquam prudenter de qualibet re sententiam fert, nisi omnia cognoverit et edoctus fuerit.

18. *Cum audace.* Temerario, feroci. — *Ne forte gravet mala sua in te.* Ne in te, vel in alios injurias sit; tuque tanquam illius comes quasi culpæ particeps pœnæ cum illo subjiciaris. — *Secundum voluntatem suam vadit.* Sequitur cupiditates et temeritatem suam, quæ te et illum perdent.